ANTIQUE.org
Images copyrighted by the uploader

ANTIQUE.org
Antique department stores de la Quadrature

MANIOC.org
Archives départementales de la Guadeloupe

R 164
Archives départementales de la Guadeloupe
MANIOC.org

NUMÉRO D'ENTRÉE : 12089

R 164

par Sonnerat

ARCHIVES DE LA GUADELOUPE

TRACTATUS DE FILICIBUS AMERICANIS.

Authore R.P. CAROLO PLUMIER, *Ordinis Minimorum in Provincia Franciæ, & apud Insulas Americanas Botanico Regio.*

MUSEE L'HERMINIER

NUMÉRO D'ENTRÉE : 12089

BIBLIOTECA

TRAITÉ
DES
FOUGERES
DE
L'AMERIQUE.

Par le R.P. CHARLES PLUMIER, *Minime de la Province de France, & Botaniſte du Roy dans les Iſles de l'Amerique.*

Ex libris L. Richard Bot. reg. 1781.

A PARIS,
DE L'IMPRIMERIE ROYALE.

M. DCCV.

TRAITÉ

DES

FOUGÈRES

DE

LA MARTINIQUE

PAR

Ex libris L. Richard Bot. reg. 1781.

PREFACE.

LORSQUE le Roy Prophete invite les fideles à conſiderer les ouvrages de Dieu & les prodiges qu'il a mis ſur la terre ; s'il n'avoit en meſme temps declaré qu'il n'entend parler que de ces inſignes victoires que les Iſraëlites ont remporté ſur leurs ennemis par la protection du Dieu des armées, je croirois qu'il nous auroit voulu inviter à contempler ces rares merveilles dont Dieu a enrichi la terre : je veux dire les plantes, prodiges en effet admirables & dignes d'eſtre regardez pour les ſecours que nous en recevons, pour les plaiſirs qu'elles nous donnent, & pour leur nombre preſque infini, mais que nous negligeons bien ſouvent. Je ſçay que Dieu nous a engagé a élever nos yeux vers les Cieux d'ou nous devons attendre tout noſtre ſecours; mais ces yeux il les a fait mobiles, & il leur permet de jetter leurs regards ſur la terre, pour y admirer ces rares prodiges où ſa divine providence éclatte en mille & mille façons; afin qu'excitez par tant de differentes beautez qui ſe rencontrent dans les plantes, nous nous écriions en action de graces : que tout ce que la terre

PRÆFATIO.

PLANTAS *ceu ſtupenda prodigia ut demirentur Fideles, adhortatum fuiſſe Pſaltem Regium & Prophetam, crederem; ni plebis Iſraëliticæ potentiſſimi manu partas victorias, bellaque in fines hoſtium acta, ſubinde innueret idem Pſaltes Regius & Propheta; cùm fideles advocat ut veniant & videant opera Domini; quæ poſuit Deus prodigia ſuper terram; prodigia namque plantæ quæ tum ob utilitatem, tum ob amœnitatem atque numeroſitatem, ab hominibus perpendantur, digna, ſed (heu) hominum incuriâ, ſæpe ab hominibus neglecta. Scio equidem os ſublime erectoſque vultus ad ſidera, unde omnis hominum ſalus, hominibus Deum dediſſe; oculis tamen inſtruxit mobilibus, ut quandoque ad terram demiſſis prodigia, plantas (inquam) immenſæ providentiæ monumenta, tandem contemplentur, & demirentur, prodigiiſque illis mirabilibus conciti juſte & digne ad laudem prodigiorum factoris decantent: Benedicite univerſa germi-*

Venite & videte opera Domini, quæ poſuit Deus prodigia ſuper terram : auferens bella uſque ad finem terræ. *Pſalm. 45. verſ. 8.*

nantia in terra Domino; cùm ab altioribus ad humiliores; à Cedro Libani uſque ad Hyſſopum quæ naſcitur in pariete, tot tantiſque polleant omnes viribus ac virtutibus, ut ceu ſtupenda totidem miracula & prodigia quæ Deus poſuit ſuper terram, ipſas demirari cogamur. Quis quæſo Muſcum capillaceum (Tab. B. Fig. 6.) *plantulam capillo vix craſſiorem, vixque duos pollices altam, inſigne ſudorificum, mirabileque antipleureticum diceret. Teſtantur interea cum illam mirabilem ſudorificam atque antipleureticam celeberrimi Medici poſt inde admirabiles ſanitates ſecutas; uti ex Hiſtoria Plantarum agri Pariſienſis Herboriſ. VI. 497. certo certius docemur. Si ergo tantum valeat tam tenuis tamque humilis plantula, quid non de grandioribus & altioribus ſentiendum: ac ſi fas eſt ex ſolis nomenclaturis & ſignaturis ad J. Baptiſtæ à Porta in Phytognomonicâ ſententiam de plantæ alicujus excellentia dijudicare; plantæ de quibus hæc præſens Hiſtoria inſtituitur prodigia ſane habenda, nuſquam ſatis ab hominibus demiranda.*

produit beniſſe le nom du Seigneur. Digne & juſte reconnoiſſance, puiſque depuis la plus grande juſques à la moindre, depuis le Cedre du Liban juſques à l'Iſope qui croiſt ſur les murailles, elles renferment tant de merveilles, que nous ſommes obligez de les regarder comme autant d'illuſtres prodiges, que Dieu a poſez ſur la terre. Qui croiroit que le Perce-mouſſe (*Planche B. fig. 6.*) fuſt un merveilleux ſudorifique, & un antipleuretique des plus aſſurez? les effets ſurprenans que les plus habiles Medecins en ont vû, en ſont une preuve invincible, comme nous l'apprenons dans l'Hiſtoire des plantes qui naiſſent aux environs de Paris. Herboriſ. VI. 497. Si une plante ſi menuë poſſede de ſi prodigieuſes vertus, que ne devons nous pas inferer des plus grandes; & ſi nous pouvons juger de leur excellence par leurs noms & leurs ſignatures, comme le pretend J. Baptiſte de la Porte dans ſa Phythognomonique, celles dont je pretends faire l'Hiſtoire, quoyque des plus communes, ſont aſſeurément des prodiges qu'on ne ſçauroit aſſez admirer.

De variis autem earum denominationibus diſſerere incepturus, dicam me illas apud

Pour commencer a parler des noms differens qu'on a impoſez à ces ſortes de plantes; je crois que

les François les ont appellées *Fougeres* ou *Feuchieres*, comme s'ils avoient voulu dire les plantes du feu, a cauſe de l'excellente vertu que les Medecins Botaniſtes leur artribuent pour toutes ſortes de bruſlures. Les Grecs les ont appellées *pteris* ou *pterion*, qui ſignifie une aîle, parceque leurs feuilles reſſemblent beaucoup aux aîles d'un oiſeau lorſqu'elles ſont deployées; figure qui nous dénote en quelque façon, que quoyqu'elles ſoient des plus baſſes & des plus communes de toute la terre; elles peuvent neanmoins s'élever au deſſus de toutes les autres par la force de leurs excellentes vertus. Enfin les Latins les ont appellées *Filix* qui eſt preſque la même choſe que *Fœlix* c'eſt-à-dire *Hèureuſe;* comme s'ils avoient voulu marquer par là, que les Fougeres fuſſent veritablement des plantes heureuſes, non ſeulement par rapport à leurs grandes proprietez, mais à cauſe de leur fecondité ſurprenante, n'y en ayant pas une en toute la nature plus feconde en ſemences, puiſque la moindre eſpece en produit des millions & des millions, ſelon l'obſervation que le ſçavant & curieux Anglois M. Grew en a faite, comme on peut voir dans l'Hiſtoire generale de Ray 134.

Gallos nomen Feuchiere *tanquam plantas Focarias, promeruiſſe exiſtimare; cùm ad omnia ambuſta ſananda vires ſuas potentiſſimas exerant, celebriorum Botanicorum effatu. Apud Græcos vocem* Pteris *ſeu* Pterion, (*quæ vox alam ſignificat*) *propter folia volantis volucris alas expanſas perbelle exprimentia, ſortitas fuiſſe;* (*certiſſimum altioris inter cæteras plantas virtutis argumentum*) *tanquam ſi cæteras viribus ſuperent etſi inter plantas humillimæ & vulgatiores. Latinos tandem Filicis ceu Fœlicis nomen ipſis indidiſſe, tali nomine plantarum fœlicitatem nedum ob inſignes quibus præſtant virtutes, ſed etiam ob ſtupendam illam in ſeminibus producendis fœlicem fœcunditatem denotantes; cum nullam plantam tota parens natura uſquam germinaverit Filicibus fœtu fœliciorem; una ex minoribus ſpeciebus millena, & millena ſemina producente, obſervante Clariſſ. & Curioſiſſ. Anglo Grevvio, uti apud Hiſtoriam Generalem Clariſſ. Rai 134. ſatis diffuſe monſtratur.*

Veritablement la nature les a privées de ces ſortes de belles

Flores equidem (cæterarum plantarum gaudium &

ornatus) ne producerent videtur natura denegaſſe modos; aſt ſagax & provida Florum defectum certa quadam ſtructura ſic compenſavit, ut perquam hilari facie, aſpectuque amœniſsimo recreatio fiant & mentis & oculorum. Fateor ipſe Filices Claſsiſque Filicinæ plantas omnes præ cæteris aliis cujuſcumque generis fuiſſent illæ, quas apud inſulas Americanas licuit contemplari, mihi magis arriſiſſe, novamque hujuſce Claſsis ſpeciem adinventam pro ſufficienti præmio jucundaque mercede laboris ac fatigationis in plantis conquirendis, ſemper habuiſſe.

productions, je veux dire les fleurs, qui font le plus grand ornement dans les autres plantes; on peut dire pourtant qu'elle les a aſſez dedommagées d'ailleurs par un certain port & par une ſtructure tout-à-fait merveilleuſe avec laquelle elles naiſſent. Tout y flatte la vûë de telle maniere que je puis aſſurer que de toutes les plantes que j'ay découvertes dans les Iſles de l'Amerique il n'y en a guere qui m'ait fait tant de plaiſir que les ſeules Fougeres & les autres genres de cette même claſſe: & dans la recherche que je faiſois generalement de toutes les plantes de quelque nature qu'elles fuſſent, j'eſtimois mes peines aſſez bien payées, lorſque je découvrois quelque nouvelle eſpece qui euſt du rapport aux Fougeres.

Cùm potius omnibus quàm mihi ſoli peregrinaſſe ſemper & mens & conſilium fuerint; jamdiu peroptabam, peregrinationum mearum aliquos fructus curioſis tandem impertiri: in ipſorum ideo gratiam tractatum hunc de Filicibus juri publico donare ſuſcepi, copias & auxilium operis præbente LUDOVICO MAGNO; *quem virum, Regem & Heroa nedum celebrant, inſignique laude ferunt & ipſi hoſtes, ſed & tutelam præſentem omnium artium ſcientiarum ac virtutum quas in-*

Comme je n'ay point dans mes voyages borné mes deſſeins à jouïr ſeul du plaiſir de mes découvertes, & que j'ay toûjours ſouhaité d'en faire part au public; je l'entreprens par ce petit traitté des Fougeres, qui enfin voit le jour par la faveur de nôtre Grand Monarque qui en a bien voulu faire la dépenſe: Monarque qui non content de s'attirer l'eſtime & la veneration de toute la terre par une infinité d'actions Heroïques, que ſes ennemis meſme ne peuvent s'empeſcher d'admirer, montre encore ſon zele incroyable a faire fleu-

rir

rir les beaux Arts & les Sciences en donnant liberalement les moyens de les acquerir & les perfectionner.

J'ay crû ne pouvoir donner à mon livre un meilleur titre que celuy qu'il porte, non pas que je n'y traite ſpecialement que du genre proprè des Fougeres, j'y parle auſſi des autres contenus dans la ſeiziéme claſſe des Inſtitutions Botaniques que j'ay crû pouvoir comprendre ſous le titre general des Fougeres, puiſque la nature les a fait naître toutes avec le même caractere de ne produire aucune fleur, & de ne donner que des ſemences ; outre que les Fougeres proprement appellées Fougeres ſont la partie la plus noble de cette ſeiziéme claſſe, comme en étant le premier genre & le plus remarquable de tous.

credibili zelo auget & perficit, totus ſtupens demiratur orbis.

Nullum autem operis titulum convenientiorem duxi, quam quo videlicet inſignitur; qui tamen non ſic intelligendus ac ſi de ſolis Filicibus in toto opere tractaretur: de cæteris etiam totius Filicinæ Claſsis generibus decimaſexta ſcilicet Inſtit. Botanicarum Claſſe comprehenſis, in eo generalis fit ſermo : quæ quidem omnia genera communi titulo complecti non abs re ſed & congruentius cenſui, cùm ſingula in univerſum nata ſint floribus carere, & ſemine tantum donari; quin & ipſæ Filices, quæ propriæ ſcilicet Filices dicuntur, ejuſdem decimæ-ſextæ Claſsis primis utpote primum & ſpectabilius genus, ſedibus aſsignentur.

C'eſt apparemment pour ces raiſons que le ſieur Plukenet ſans diſtinction d'aucun port les unes d'avec les autres, à confondu preſque tous les genres de cette meſme claſſe ſous ce nom general de *Fougeres*, dans ſon Almageſte Botanique. Mais puiſque la nature a bien voulu diſtinguer toutes ces plantes par des ports tous particuliers, je trouve la conduite de Meſſieurs Tournefort & Ray bien meilleure, lorſqu'ils ont établi autant de gen-

Hanc forte cauſam fuiſſe conjecerim ego, cur Clariſſ. Plukenetius in Almageſto ſuo Botanico quamplurimis ejuſdem decimæ-ſextæ Claſſis diverſis generibus illud Filicis nomen præpoſuerit, parum habita variarum conſtructionum ratione. Aſt quia ſingula illa genera peculiari quadam & ſibi propria facie inter ſe diſtingui voluit natura, aptiorem ſane commodioremque Clariſ. Turnefortii & Rai

methodum existimem, qua tot diversa inter has plantas statuerunt genera, quot in illis diversæ conspiciuntur formæ; hinc etenim omnis in cognoscendo avertitur confusio, quam sæpissime & necessario consequitur nimia in eodem genere numerositas specierum. Apud varios authores varias denominationes habere genericas reperimus : quibusdam etenim placuit ipsas Dorsiferas *in universum appellare, quasi diceres plantas semina sua in dorso seu aversa folii parte deferentes : apud alios* Capillares *generatim dicuntur tanquam plantæ capillis decorem & sanitatem conferentes : tandem libuit Turnefortio nostro sub generali titulo complecti omnes (plantæ scilicet quæ floribus carent & semine donantur.) Ast etsi ego omnes in genere titulo solo* Filicis *comprehenderim ; ipsas tamen deinde in toto Tractatus decursu, generi singulas assignari propriori, facilique cujuslibet convenientiori, & ad leges Institutionum Botanicarum constituto; Filices scilicet appellavi illas omnes quæ præter communem non florendi & semina tantum producendi characterem, etiam veram Filicis faciem præ se ferunt, qualem Clariss. Tur-*

res differens qu'elles ont de differens ports entr'elles; ils ont osté par ce moyen toute confusion dans laquelle jette indispensablement la trop grande multiplicité des especes reduites sous un mesme genre. Quelques Auteurs les ont veritablement embrassées sous d'autres differens noms generaux: ceux-cy les ont appellées *Dorsiferes*, qui veut dire une plante qui porte ses semences sur le dos de ses feuilles: ceux-là les ont generalement nommées *Capilaires* à cause qu'on les employe la plûpart pour les cheveux; & Mr Tournefort les a enfin compris sous ce nom general de plantes qui ne fleurissent point & qui ne portent que des semences. Mais quoyque j'aye compris toutes ces plantes sous le titre general de *Fougeres* j'ay pourtant, conformément à l'ordre des Institutions Botaniques, rangé dans ce present traitté toutes les plantes dont j'y parle sous le genre qui convient le mieux au port de chacune, c'est-à-dire que j'ay reduit sous le genre de Fougere toutes celles qui outre le caractere commun de ne point donner de fleurs, & ne porter que des semences, ont encore la structure & le port de la Fougere, & selon que Mr Tournefort la définit. J'ay appellé *Lonkite* la plante dont le port & la structure se rapportent entiere-

ment à celle de la Lonkite ; & diviſant ainſi les autres plantes dont je fais ici l'Hiſtoire, je leur ay impoſé le nom que j'ay crû leur devoir eſtre le plus propre ſuivant le port avec lequel la nature les a fait naiſtre, & par rapport aux definitions & aux deſcriptions que nous en a donné l'Auteur dont je viens de parler. Ainſi m'étant formé le deſſein de rapporter dans cet ouvrage toutes les plantes de cette nature compriſes dans la ſeiziéme claſſe des Inſtitutions Botaniques, & que j'ay découvertes dans mes trois voyages aux Iſles de l'Amerique, on ne ſera pas ſurpris ſi j'y ay joint celles que j'ay déja données dans mes deſcriptions des plantes de l'Amerique de l'Imprimerie Royale en l'année 1693, avec celles que j'ay découvertes dans mon dernier voyage, & dont je n'ay voulu faire qu'un corps pour donner aux premieres un nom & un rang convenable à leur port, ayant auparavant nommé *Fougere*, une *Langue de cerf*, & *Capilaire* ce qui eſt une veritable *Fougere*, ſuivant l'erreur commune à bien des Auteurs qui ont écrit devant moy ſur les plantes.

Puis donc que j'ay été obligé de joindre les premieres Fouge-

nefortius definivit Inſtitutionibus ſuis. Lonchitides dixi, plantas quarum facies & habitus Lonchitidum faciem & habitum imitantur ; ſingulas tandem plantas ſimiliter diſtinguens ſingulis nomina indidi, quæ tum ex natura tum ex præſcripto, ab eiſdem Inſtitutionibus Botanicis congruentiora eſſe exiſtimavi. Inito itaque conſilio plantas hujuſmodi decima-ſexta Claſſe contentas, quaſque trium mearum peregrinationum ad Inſulas Americanas decurſu obſervavi, unico tractatu complecti ; inde nullus ut puto demirandi locus, ſi quamplures, quas jam in Deſcriptionibus meis Plantarum Americanarum apud Typographiam Regiam Pariſiis an. 1693. editis exhibueram, de novo in hoc præſenti tractatu noviter adinventis conjunxi ; quas equidem ea ſolummodo de cauſa in unum compoſui, ut nova nomina & ipſa congrua plantis adponerem, prius incongruis nominibus inſignitis, qui antea Filicem *adpellaveram, quæ vere ex natura debet dici* Lingua cervina; *&* Adiantum *quæ vere* Filix *erat nuncupanda ; in hoc antiquorum priorumque Botanicorum errores ſecutus.*

Cùm igitur novæ plantæ plantis veteribus erant com-

miſcendæ & conjungendæ, operæ pretium eſſe duxi, ſi prius benevolos lectores admonerem me peregrinatione mea ultima ad Inſulas Americanas, circa Filices, cæteras claſſis filicinæ plantas perquam ſedulum ſollicitumque fuiſſe; non equidem ut numeroſiores ſpecies adipiſcerer, ſed ut tandem ſi fas eſſet, quamdam veris floribus inſignitam conſequerentur oculi mei. Fateor namque me tunc non integre Clariſſ. Turnefortii ſententiæ inclinare, aſſerentis nempe in Elementis ſuis Botanicis 428. de eſſentia eſſe Filicini generis floribus omnino carere: certo tunc mihi videbatur veros flores obſervaſſe in illa Filicis ſpecie quam in deſcriptionibus meis plantarum Americanarum (Tab. II. & II.) Filicem arboreſcentem, pinnulis dentatis dixi, ubi ſic habetur expreſſe pag. 2. Pro ut oculo licuit nudo, deprehendi illa omnia tubercula antequam in pulviſculum abeant exiguis floribus ſuccedere caneſcentibus, monopetalis, caliculi hæmiſphærici in modum concavis, plurimaque filamenta minima etiam caneſcentia continentibus. Aſt dicam microſcopium deinde mea ultima peregrinatione errorem oculorum detexiſſe, & vere demonſtraſſe tubercula il-

res avec les dernieres, j'ay crû à cette occaſion devoir informer le public, que dans le dernier voyage que j'entrepris aux Iſles de l'Amerique, je m'appliquay ſur tout à la recherche des Fougeres & de toutes les plantes de cette nature contenuës dans la ſeiziéme claſſe des Inſtitutions Botaniques, non pas tant en vûë d'en découvrir un ſi grand nombre d'eſpeces, que de me bien aſſurer ſi en effet elles ne produiſent jamais de fleurs, & ſi leurs fruits étoient uniformes en toutes ces eſpeces. Il eſt vray que pour lors j'étois un peu éloigné du ſentiment de Mr Tournefort, qui croit qu'il ſoit *eſſentiel au genre des Fougeres de n'avoir point de fleur. Elem. Botan. 428.* Je croyois en avoir apperçû ſur l'eſpece que j'ay appellée *Fougere arbre à pinnules dentelées*, qui eſt la premiere dont je parle dans ce traitté & de mes deſcriptions des plantes de l'Amerique; (Planche I. & II.) où je dis en termes exprés pag. 2. J'ay obſervé autant que la « vûë me l'a pû permettre qu'avant « que ces boſſettes ſoient reduites en pouſſiere, elles ſont precedées par de petites fleurs griſes, compoſées d'une ſeule feuille creuſe comme une petite coupe hemiſpherique, & pleine de « pluſieurs petits filamens gris. « Mais dans mon dernier voyage à la faveur d'un microſcope je

reconnus

reconnus l'erreur dans laquelle mes yeux m'avoient jetté, & que tous ces petits tubercules ou boſſettes rangées en deux files ſur le dos de chaque pinnule, étoient tout autant de globules parfaitement ſpheriques & compoſez chacun de deux calottes ou coupes hemiſpheriques, dont la ſuperieure extrémement mince ſe diſſipe entierement par la ſortie de pluſieurs veſſies du fond de la coupe inferieure, laquelle reſte attachée ſur le dos de la pinnule, aprés que les veſſies en ſont ſorties. Alors on voit aſſez clairement ſans le ſecours du microſcope cette coupe inferieure attachée ſur le dos de la pinnule & toute remplie encore de quantité de petits filets attachez à un petit pivot ou placenta, & qui tiennent eux-mêmes les veſſies attachées à ce placenta ou pivot avant leur ſortie de la coupe, & c'eſt ce que j'avois pris pour la fleur de la plante.

la omnia bina ſerie dorſo pinnularum adpoſita, nihil aliud eſſe quam totidem globulos hemiſphæricos, duobus caliculis conſtantes hemiſphæricis; quorum ſuperior, quia tenuiſſimus veſicularum è fundo inferioris eruptione penitus evaneſcit, inferior verò quia ſolidior, dorſo pinnularum adhæreſcens ibidem permanet ſuperſtes. Tunc facile ſolo oculi acumine, nulloque adjuvante microſcopio, caliculus ille inferior diſcernitur adhuc filamentis illis quæ prius veſiculas antequam erumpant, axi cuidam alligatas detinebant, axi eidem ſeu placentulæ adhærentibus, plenus; & eſt caliculus ille quem antea florem plantæ exiſtimabam.

Quoyque aſſez éclairci ſur ce que je recherchois à l'égard de ces fleurs pretenduës, je ne laiſſay pourtant pas d'obſerver encore bien ſoigneuſement toutes les eſpeces de plantes de cette nature que je rencontrois, pour voir enfin ſi je ne découvrirois point quelque fleur dans quelqu'une; & j'avouë qu'alors tous mes ſoins furent ſuperflus, excepté dans une eſpece de Lichen, appellé *Lichen anapodocarpon*, dont je parleray & dont

De florum illorum vanitate pluſquàm certior factus, nulla tamen talium plantarum ſpecies ſi quæ occurrebant inobſervatas uſquam relinquebam, in illis aliquos flores ſemper perquirens; ſed (fateor) inutili ſemper perquiſitione, niſi in una Lichenis ſpecie (Lichen ſcilicet Anapodocarpos) uti in Tabula 142. eſt videre, quæ mihi tandem veros flores monſtravit, ſed mediante microſcopio; quos

equidem cum fructibus quales microſcopium demonſtrabat in eadem Tabula delineavi; & hæc eſt ſumma perquiſitionum mearum circa flores plantarum Filicinarum.

tels que le microſcope me la figure ſe voit en la planche 142. où je découvrois à la faveur d'un microſcope de veritables fleurs, qu'on peut voir jointes au fruit & deſſignez l'un & l'autre d'une grandeur plus que naturelle & les repreſentoit. Voilà au ſujet des fleurs des Fougeres tout ce que j'en ay pû découvrir.

Scio equidem Clariſſ. Fabium Columnam, Rivinum, & Raium, inſignes Botanicos, flores in quibuſdam Filicinis plantis deprehendiſſe ſibi viſos, potiſſimum Clariſſ. Raïum in quodam Polypodio, uti ipſe in ſua plantarum Methodo emendata & aucta pag. 8. teſtatur. Fateor mihi nuſquam perquiſitiones meas etſi perquam diligentiſſimas ſic fœliciter ſucceſſiſſe. Deprehendi equidem quondam microſcopio examinans ſquamulas illas aureas pronam Aſplenii vulgaris partem obducentes, glomerulos quoſdam è granulis virentibus & globularibus compactos ; Tabula B. Fig. 7. *quos forte crediderim ad floſculos illos granulatos, quos vidit Clariſſ. Rivinus, ubi ait idem Clariſſ. Raïus loco citato, aliquatenus accedere. Hos nullatenus veros flores exiſtimem ego, aſt potius juniores quaſdam veſiculas, è propriis loculis eruptas, taliterque conglomeratas. Flores verò illos magnos & vireſ-*

Je ſçay que Fabius Columna, Rivin, & Ray, ces trois grands Botaniſtes, pretendent avoir decouvert de veritables fleurs ſur quelques plantes de cette nature, particulierement ce dernier ſur du Polipode, comme il raporte dans ſa Methode augmentée & corrigée page 8. Pour moy j'avouë ingenuement que je n'ay jamais été ſi heureux, quelque ſoin que j'aye pris pour cela. Je decouvris veritablement un jour quelques petits pelotons de grains verts, & parfaitement ronds, parmy les petites écailles dorées qui couvrent le dos du Ceterac commun, *Planche B. Fig.* 7. en les examinant avec un microſcope; ce pourroit bien eſtre quelque choſe d'approchant à ces petites fleurs grainées de Mr Rivin, & dont Mr Rai parle dans le meſme endroit. A dire mon ſentiment, je ne ſçaurois me perſuader que ce fuſſent de veritables fleurs, mais plûtoſt quelques jeunes fruits ou veſſies échapées de leur loges, & entaſſées les unes ſur les autres. Quant à ces grandes fleurs ver-

tes dont parle Fabius Columna dans ſes Annotations ſur l'Hiſtoire de Nard Ant. Reche 875. & ces fleurs jaunes que Mr Rai découvrit ſur du Polipode, je ſouhaiterois fort que ces grands Hommes nous en euſſent décrit la ſtructure, pour nous aſſurer s'ils n'ont point entendu parler de ces petites pellicules qu'on voit premierement ſur le dos de la pluſpart de ces plantes avant que les veſſies paroiſſent; ce ſeroit plûtoſt ces petites pellicules que je prendrois pour les fleurs de ces plantes, ſi on peut leur en attribuer quelqu'une, puiſqu'à ce que je penſe, elles font le meſme office à l'égard des veſſies qu'elles couvrent, que les fleurs des autres plantes à l'égard de leurs fruits & ſemences. Les fleurs ne ſont pas tant l'ornement de la plante, ou, comme dit Mr Tournefort, la joye des arbres & des herbes, Inſtit. Botan. 671. que comme certains reſervoirs qui fourniſſent le premier aliment propre à faire développer les parties des jeunes fruits, Inſt. Bot. 67. & à les preſerver de l'injure du temps dans leur plus grande tendreſſe. On peut croire que toutes ces petites pellicules qu'on voit par exemple ſur le dos des feüilles de la *Fougere non rameuſe & dentelée de C. B. pin. 358.* avant que les tas de veſſies paroiſſent ſer-

centes de quibus Clariſſ. Fabius Columna in ſuis Annotationibus in Hiſtoriam Nardi Antonii Rechi pag. 875. illoſque colore luteo inſignes Clariſſ. Rai Meth. loco citato, peroptarem lubentiſſime tam celebres viros accurate deſcripſiſſe, quò nobis conſtaret anne illas membranulas, quæ priuſquam veſiculæ appareant, ſuper pronam quamplurimarum illius generis plantarum ſuperficiem, conſpiciuntur intellexerint pro floribus habuiſſe: illas ſane membranulas, ſi qui ſint in Filicibus flores, flores potius exiſtimarem ego, cùm veros (uti reor) florum uſus circa veſiculas ſeminales exhibeant, quales alii flores cæterarum plantarum circa ſuos quique fructus exercent. Flores etenim nedum ornamenta ſunt ipſarum plantarum, & uti ait Clariſſ. Turnefortius Inſt. R. Herb. 671. gaudium arborum herbarumque, ſed etiam juniorum fructuum ab aeris inclementia, tutamina, & veluti receptacula quædam quæ fructibus naſcentibus primum alimentum ad tenerrimas eorum partes explicandas, miniſtrare videntur. Ibidem 67. Mea equidem ſententia fieri poteſt, omnes illas membranulas quæ v. g. in averſa foliorum Filicis non

ramoſæ & dentatæ *C. B. Pin. 358. parte priuſquam veſiculæ ſe prodant, conſpiciuntur, veſicularum juniorum eſſe tutamina ipſas tegumento ſuo protegentes, & alimenti receptacula, pediculis ſuis alimentum ipſis ſubminiſtrando. Fungulos namque ſingulæ quam belle exprimunt capitulo una parte emarginato, pediculiſque dorſo ipſi foliorum adfixis pollentes; ſic veſiculas teneras capitulo obtegentes, dum pediculus alimentum congruum elargitur* Tabula A. Fig. 5. & 6.

vent tres-bien à ces deux fins, à preſerver les jeunes veſſies des injures du temps en leur ſervant de couverture, & à leur fournir l'aliment convenable à leur delicateſſe par le moyen de leurs pedicules. Car elles reſſemblent aſſez à de petits champignons échancrez & attachez par leurs pedicules ſur le dos de la feüille, couvrant avec leur chapiteau les jeunes veſſies dans leur jeune âge, pendant que leur pedicule leur fournit l'aliment neceſſaire. *Planche A. Fig. 5. & 6.*

De fructibus demum ſingularum Filicum cæterorumque generum plantarum, de quibus in hoc præſenti trractatu, dicam, me pauciſſimarum occurrentium fructus inobſervatos microſcopioque exactiſſime non ſubjectos reliquiſſe ut ſingulorum vera ſtructura innoteſceret. Hos omnes tales ſemper apprehendi quales Clariſſ. Turnefortius in ſuis Inſtitut. R. Herbar. 538. nobis demonſtrat ac deſcribit, aſſerens ſcilicet, veſiculas eſſe ferme ovatas, anulo elaſtica vi donato, munitas, cujus contractione rumpuntur illæ, ſeminaque fundunt minutiſſima, & omnia reniformia aut lenticuria, tantæque exiguitatis ut nec oculus etiam perſpicaciſ-

A l'égard des fruits de toutes les Fougeres, & de tous les autres genres des plantes dont je parle dans ce Traité, je puis dire que dans toutes celles que j'ay rencontrées il ne m'eſt guere échapé de ces fruits, dont je n'aïe tres-exactement approfondi la ſtructure avec un microſcope, je l'ay toûjours remarquée en toutes uniforme, & telle que Mr Tournefort la décrit dans ſes Inſtitutions Botaniques 538. lorſqu'il dit que ces fruits ne ſont autre choſe que des coques ou veſſies preſque ovales, entourées preſque par tout d'un cordon à grains de chapelet, par le racourciſſement duquel chaque coque s'ouvre en travers comme par une eſpece de reſſort, & jette quelques ſemences extrémement

mement menuës, & toutes ſemblables à de petits rognons ou à de petites lentilles, qu'on ne peut pourtant obſerver qu'à la faveur du microſcope, l'œil ſeul n'eſtant pas capable de les découvrir, & encore moins leur ſtructure, tellement elles ſont menuës. Ceci n'empêche pas qu'elles ne produiſent de tres-belles plantes; & s'il eſt vray, comme nous l'aſſurent les Naturaliſtes, particulierement le ſçavant & curieux Anatomiſte Malpighi, que toute la plante ſoit renfermée dans ſa ſemence (*la ſemence eſt une production, c'eſt-à-dire une veritable plante formée de toutes les parties, ſçavoir ordinairement de deux feüilles, d'une tige & d'un bouton*, dit ce grand Homme, dans la premiere Partie de l'Anatomie des Plantes) ne ſommes nous pas obligez de regarder toutes ces plantes comme autant de prodiges que Dieu a mis ſur la terre pour nous faire admirer ſa grandeur; ſur tout ſi aprés le plaiſir que noſtre veuë en peut recevoir, nous conſiderons les grandes vertus qu'elles renferment pour le ſoulagement de la vie, comme nous aprenons de tous les Medecins Botaniſtes, que je raporteray en cette occaſion, pour joindre l'utile avec le delectable, & pour m'épargner en quelque façon le reproche de n'avoir fait qu'un Ouvrage

ſimus niſi adjuvante microſcopio ipſa nedum percipere, ſed etiam minus formam deprehendere uſquam valeat. Non obſtat immenſa & imperceptibilis exiguitas, quin ex ipſis ſpectandæ magnitudinis non naſcantur plantæ; quæ, ſi vera, quæ à Phyſicis referuntur, potiſſimam ab inſigni illo nuſquamque ſatis laudando Clariſſ. Marcello Malpighio, aſſerente ſcilicet totam plantam in ipſo ſemine concludi (hoc autem eſt fœtus, vera ſcilicet planta, ſuis integre conformata partibus, foliis videlicet ut plurimum binis, caudice ſeu caule & gemma, *Anatome Plant. Part. 1.*) *anne aſpiciendæ omnes atque demiranda tanquam ſtupenda prodigia, quæ poſuit Dominus Deus ſuper terram immenſæ magnitudinis ſuæ monumenta. Ipſas ſane multo magis demirabimur, ſi etiam cum gratia quam menti & oculis præſtant, eximias ipſarum dotes attente perpendamus; quibus ex omnium Botanicorum conſenſu & fide, & corpora ſana tuentur & corporibus ægris medentur: de quibus equidem virtutibus medicis, ut utile miſceam dulci, nunc differere operæ pretium duxi, ne dimidiatum opus tantum con-*

feciſſe inſimuler, ſi ſolas plantarum icones ac deſcriptiones nudas exhiberem, de viribus vero earum & uſibus omnino tacerem. Aſt antequam ad operis integritatem, vires & uſus earum etiam referam, ingenuè dicam, me neque eas analytice uſque ad prima principia reſolviſſe, neque ex Medinæ praxi propria vires & uſus earum didiciſſe: ad ipſas tantum in genere vires eaſdem eoſdemque uſus refero, quales expertiſſimi & probatiſſimi Authores Medici de plantis congeneribus, Filicibus ſcilicet, Polypodiis, Adiantis, &c. noſtratibus docuere: tuto me id poſſe cenſui, multoties dum per Inſulas Americanas peregrinarer, expertus, plantas ibidem enaſcentes, noſtris congeneres, eiſdem etiam viribus ac virtutibus pollere. Didici v. g. Polypodiorum, Linguarumque cervinarum plurimas ſpecies, obſtructiones hepatis, lienis, meſenterii, aliorumque viſcerum optime reſerare; hydropicos etiam juvare, urinas maxime educendo, & inſenſibilem tranſpirationem movendo. Perplures etiam obſervavi Adianti ſpecies pro ſyrupis conficiendis utiliſſimas eſſe ad pectoris vitia emendanda, ardores leniendos, ad

à demi, en ne donnant que les ſimples deſcriptions & figures ſans rien dire de leur vertu. C'eſt ce que j'ay tâché de faire autant qu'il m'a eſté poſſible. Mais auparavant, je ſuis obligé d'avoüer que tout ce que j'en dis, n'eſt pas pour les avoir examinées par l'analiſe chimique dans leurs principes, ni pour les avoir experimentées en exerçant la Medecine : je leur attribuë ſeulement en general les meſmes vertus & les meſmes proprietez que nos meilleurs Auteurs Botaniſtes attribuent à nos Fougeres, Polipodes Capilaires *&c.* d'Europe: j'ay cru le pouvoir faire avec ſeureté, ayant connu en pluſieurs occaſions dans mes trois voyages, que pluſieurs plantes de l'Amerique, de meſme genre que celles d'Europe, avoient auſſi les meſmes vertus & les meſmes qualités. J'y ay particulierement obſervé, que pluſieurs eſpeces de Polipode & de Langues de cerf, deſopilent tres-bien la rate, qu'elles emportent les obſtructions des viſceres, & ſoulagent fort les hidropiques, en pouſſant par les urines & par l'inſenſible tranſpiration de meſme que nos Polipodes & nos Langues de cerf ordinaires. J'y ay veu auſſi employer pluſieurs eſpeces de Capilaires pour adoucir la poitrine, & pour guerir la toux violente par les ſirops qu'on en faiſoit. Nous nous

ſervons tous les jours en France du Capilaire de Canada, de meſme que de celuy de Montpellier, dans toutes les maladies de poitrine. J'y ay fait brûler pluſieurs eſpeces de Fougere, dont j'ay tiré de la cendre & du ſel, auſſi piquans & auſſi ſalez que ceux de noſtre Fougere commune. Et pour une preuve plus aſſeurée de la conformité des vertus entre les plantes de meſme genre, quoy que dans de differens païs & climats, nous pouvons voir ce que rapportent Hernandes, Piſon, & Bontius, trois excellens Medecins & tres-experimentez au regard des uſages des Plantes; celuy-cy dans les Indes Orientales, & ceux-la dans les Occidentales.

Hernandés traitant de deux eſpeces d'Ariſtoloche, dans ſon grand Ouvrage des Plantes du continent de l'Amerique, L. II. Chap. XXXIV. 42. & L. V. Chap. XXXVI. 162. attribuë à toutes les deux preſque les meſmes vertus, que nos meilleurs Auteurs Botaniſtes d'Europe attribuent à nos Ariſtoloches communes. Il dit à ce ſujet, que les Mexicains appellent une de ces deux eſpeces *Phehuama*, medecine propre à faciliter les accouchemens. N'eſt ce pas-la juſtement la vertu ſpecifique de nos Ariſtoloches, tant

tuſſim mitigandam, ad omnia tandem ad quæ Adiantum noſtras inſervit. Adiantum Canadenſe Adiantho Monſpelienſi quotidie in Gallia ſubſtituimus, ad pectoris morbos medendos. E quamplurimis Filicum ſpeciebus combuſtis cinerem ſalemque apud Americam obtinui, Filicum vulgarium noſtratium cineribus ac ſalibus non inferiores, ſalſiſſimos nempe atque acerrimos. Majorem demum certioremque virium conformitatis inter plantas congeneres fidem adſtruunt Hernandes, Piſo, & ipſe Bontius, Medici ſane peritiſſimi, plantarumque Indicarum expertiſſimi; apud Indias Orientales iſte, apud Indias Occidentales illi.

Prior, Hernandes ſcilicet, in opere illo magno rerum Medicarum Novæ Hiſpaniæ, Lib. II. Cap. XXXIV. 42. & Lib. V. Cap. XXXVI. 162. de binis Ariſtolochiæ ſpeciebus pertractans, ambarum vires Ariſtolochiæ utriuſque noſtratis eaſdem fere adſtruit. Quin alteram illarum Phehuama, *hoc eſt, medicina ad partum accommoda apud Mexicanos, propter, qua puerperis præſtat virtutem, adpellari aſſerit; quæ quidem virtus, Ariſtolochiæ utriuſque nc-*

ſtratis ſpecifica ab omnibus habetur, ad puerperarum nempe morbos ſpecifice dicata, etſi Ariſtolochiæ Mexicanæ radix, acris, referente eodem. noſtratis verò utriuſque perquam amara ſentiatur.

ronde que longue, quoy que la racine de la plante dont parle cet Auteur, ſoit acre ſuivant ſon rapport, & que celle des nôtres ſoit extrémement amere.

Piſo ad calcem, Lib. IV. de facultatibus Simplicium in America naſcentium, plurimas plantas noſtris & congeneres & conſpecificas enumerans, ipſis ſicut nec facie, ſic nec efficacia differre, & cum aliis mundi partibus communes exiſtere, certo aſſerit; quod certiſſime etiam confirmat, in Lib. IV. Cap. LIV. 233. cùm de quadam Filice apud Americanas regiones ſatis vulgari ſic loquitur idem author. Pulvis (ſemen illud ſcilicet minutiſſimum, dorſo foliorum affixum) inſtar farinæ ulceribus tetris inſpergitur cum ſucceſſu: tota vero planta ulceribus exſiccandis non ſolum exterius, ſed & lumbricis enecandis intus exhibita medetur: quæ quidem omnia Filici noſtrati vulgari eſſe ſpecifica fatetur Dioſcorides, confirmat etiam Simon Pauli, uti ex Hiſtoria plantarum agri Pariſienſis conſtat, Herboriſ. VI. 442. Quin ibidem idemmet Piſo aſſerit eandem Filicem, iiſ-

Piſon, ſur la fin de ſon quatriéme Livre des facultez des Simples de l'Amerique (édition de 1648.) fait un dénombrement de pluſieurs plantes de meſmes eſpeces que celles d'Europe. Il aſſure en meſme temps qu'elles ont toutes les meſmes vertus & les meſmes qualitez, veritablement les unes moins ou plus que les autres. Lorſqu'il rapporte particulierement les vertus & les proprietez de la Fougere commune de ce païs-la, Liv. IV. Chap. LIV. 233. il dit que la pouſſiere, ou cette meſme ſemence qu'on voit ſur le dos des feuilles, deſſeche tres-bien les vieux ulceres; & que non ſeulement on applique la plante exterieurement pour deſſecher ces meſmes ulceres, mais qu'on s'en ſert auſſi interieurement pour faire mourir les vers; vertu tres-ſpecifique de noſtre Fougere commune, au rapport de Dioſcoride, confirmé par Simon Pauli, comme on peut voir dans l'Hiſtoire des Plantes des environs de Paris, Herboriſ. VI 442. Piſon dit bien plus, il aſſeure

qu'on

qu'on peut employer cette meſme Fougere dans toutes les occaſions où on employe la Fougere commune des Anciens ; & que tant les Americains que les Européens qui habitent dans l'Amerique, en uſent dans la Medecine, de meſme que nous en Europe nous nous ſervons de noſtre Fougere commune, à cauſe qu'elle eſt déterſive & aperitive. Il parle dans le meſme endroit d'une eſpece de Polipode qu'il appelle *Caticaa*, & que je croy eſtre celuy que j'ay appellé *grand Polipode* doré ; il aſſeure qu'elle a beaucoup plus de vertu que noſtre Polipode commun, & que c'eſt un tres-bon remede pour emporter les obſtructions, & pour purger la bile en nettoyant les viſceres. Un peu aprés traitant des deux eſpeces de Capilaires, qu'il appelle *Conambai-miri*, ou *Avenca*, grande & petite, (j'ay appellé la premiere eſpece, *petite Lonchite à crenelures rondes* ; & la ſeconde, *Fougere* ou *petite Fougere couverte d'une pouſſiere tres-blanche*) il aſſure que la premiere eſpece a les meſmes qualitez & vertus que noſtre Capilaire commun, & qu'elle eſt tres-bonne pour débaraſſer la poitrine des humeurs viſqueuſes & gluantes. Il aſſure auſſi qu'il ne croit pas qu'il y ait un remede plus ſpecifique pour les maladies de la poitrine que

dem uſibus dicari quibus veterum Filix dicatur, ac proinde ob inſignem abſtergendi & deobſtruendi efficaciam ab advenis atque ab indigenis in medicinam recipi ; tandem dum de quodam Polypodio Americano (quod illi Caticaa, *& ut opinor,* Polypodium majus aureum *hujuſce tractatus) loquitur, ſic refert: Facile Polypodium Europæanum ſuperat, atque validum eſt remedium deobſtruens & incîdens, bilemque abſtergendo purgans per alvum. Nec multo poſt, de duabus Adianti ſpeciebus pertractans, quas* Conambai-miri, *ſeu* Avencam majorem & minorem *adpellat (prima eſt mihi* Lonchitis minor rotonde crenata ; *altera vero* Filix *ſeu* Filicula maxima albiſſimo pulvere conſperſa) *primam ſpeciem refert ejuſdem eſſe qualitatis, ejuſdemque uſus cum Adianto vero Europæano, ad expectorandas viſciditates. De ſecunda vero loquens non putat (ait) convenientius remedium excogitatum in pectoris affectibus quàm ſyrupi & decocta ejus, quod eximie bronchias pulmonum aperiet, ipſas ab infarctu illo liberans, craſſitie ſua reſpirationem præpediente. In eo-*

dem capite, idem Author Anonidem *quandam &* Urticam *celebrans, noſtris vulgarious quoad vires omnino conformes eſſe fatetur. Dum de prima hæc aſſerens dicat: floſculos ex ſinu prodeuntes fert luteolos Anonidis noſtratis modo, cui etiam circa facultates medicas non abſimilis eſt. Quamobrem ſupervacaneum duxi earum herbarum cognitas qualitates fuſius enarrare, quæ ab authoribus Botanicis traditæ ſunt: Radix enim eſt ex ordine calefacientium atque tenuium partium, viſcoſitatibus veſicæ dicata. Sic deinde de Urtica, quam* Pino *vocat, loquitur hæc pauca: Urtica hæc eiſdem uſibus dicata quibus Europæana, nec ſpecificas in ea qualitates hactenus comperi: ſemen enim & radix inter digerentia & urinas moventia uſurpantur.*

Poſt ipſum Piſonem, Bontium audiamus, qui Lib. IV. Hiſt. Natur. & Med. cap. XXXIV. 122. de quadam Phylliti ſeu Lingua cervina (quã ſuſpicor, inhoccetractatu Linguam cervinam auream *dictam) talia ſic refert. Ad dyſenterias itaque ſiſten-*
das & orgaſmum in cholera

le ſirop de la ſeconde eſpece, puiſqu'il eſt tres-propre pour décharger les veſicules & les bronches du poumon de cette limphe epaiſſie & groſſiere qui empeſche la reſpiration. Le meſme Auteur traitant dans le meſme Chapitre d'une eſpece d'Arreſte-bœuf, *Anonis*, & d'une eſpece d'Ortie de l'Amerique, aſſeure qu'elles ont les meſmes vertus & qualitez que noſtre Arreſte-bœuf, & que noſtre Ortie commune d'Europe. L'Arreſte-bœuf, dit-il, porte ſes fleurs comme le noſtre, & a les meſmes vertus. C'eſt pourquoy je n'ay pas jugé à propos d'en dire davantage, puiſque tous les Botaniſtes en ſçavent tres-bien la vertu. Quant à l'Ortie, il dit en peu de paroles, qu'on s'en ſert à l'Amerique de meſme que nous de la noſtre commune en Europe, & qu'il n'y a reconnu aucune vertu particuliere de ſpecifique, mais que ſa ſemence & ſa racine digerent, & provoquent auſſi les urines.

Bontius, dans ſon Hiſtoire naturelle des Indes Orientales, L. IV. c. XXXIV. 122. traitant d'une eſpece de Phyllitis ou Langue de cerf, que je crois certainement eſtre cette meſme eſpece que j'appelle *Lingua cervina aurea*, Langue de cerf dorée, dit qu'on ſe ſert tous les jours de ſa décoction pour arreſter la diſ-

ſenterie, & pour appaiſer la trop grande impetuoſité des eſprits émeus; que la decoction des racines eſt un excellent remede pour la fievre-quarte, pour le ſcorbut, & pour ſemblables maladies cauſées par une humeur melancholique; que ce remede agit plus puiſſamment, ſi on y ajoute la Salſepareille ou la racine de Squine. Outre cela, il aſſure avoir apris par ſa propre experience, que le ſel qu'on tire de ſes feuilles, eſt excellent pour nettoyer & deſſecher les vieux ulceres, particulierement des pieds & des jambes; & qu'il eſt auſſi excellent pour empeſcher & pour guerir meſme la carie des os, cauſée ordinairement par la malignité de ces ulceres. Enfin, il conclud que ſa vertu eſt tres-efficace pour emporter les obſtructions de la rate, & pour les autres maladies; & c'eſt proprement la vertu ſpecifique que tous les Autheurs Medecins Botaniſtes attribuent generalement à noſtre Langue de cerf ordinaire.

Ayant donc pour appuy l'autorité de tous ces grands Hommes, & eſtant aſſeuré par tout ce qu'ils rapportent, que les plantes congeneres peuvent auſſi convenir en vertus, j'ay cru que pour l'utilité de ceux qui exer-

refrænandum, ejus decocto feliciter quotidie utimur. Radicum decoctum excellens eſt remedium in obſtructionibus lienis, quartanis, ſcorbuto & ſimilibus è melancholico ſucco ortis affectibus. Efficacius hæc omnia præſtabunt ſi addas Salſamparillam & radicem Chinæ. Propterea hoc nobis experimento compertum eſt folia hujus plantæ arte chymica in ſal redacta, medicamentum topicum eſſe præſtantiſſimum in ulceribus inveteratis præcipue pedum & tibiarum exſiccandis; tum in carie oſſium, quæ hæc ulcera frequenter comitantur tollenda, efficax eſt remedium. Cæterum ex ſupradictis affectibus ſatis conſtare fatetur herbam hanc eſſe temperatam, præſertim radice, quæ deobſtruens eſt, præcipue in obſtructionibus lienis, cujus affectibus peculiari & formali qualitate medetur; quibus ſane viribus ac virtutibus Linguam noſtratem cervinam pollere fere omnes medici ſcriptores teſtantur.

Tam illuſtrium tamque fidelium virorum fretus ergo teſtimoniis, plantas ſcilicet congeneres viribus etiam ut plurimum conformes eſſe; in gratiam Medicorum ac Botanicorum Americam incolen-

tiun non ambegi Filicum, Polypodiorum, Adiantorum & c vires ac virtutes in universum ex probatissimorum autorum libris desumere, ac Filicibus, Polypodiis, Adiantis, &c. Americanis conferre. Saltem Medicis & Botanicis Americanis hoc utilitatis præstare potero, ut viam ipsis adaperiam ut & ipsi aliquando earumdem plantarum vires & facultates manifestius probent; artis tamen ac prudentiæ sale semper consorte. In universum namque nequeam néque audeam asserere omnes plantas congeneres viribus etiam esse conformes, cùm certò quasdam ejusdem generis species, viribus videamus diversas; Rosa rubra v. g. adstringens est, Rosa verò moschata seu Damascena, purgans. Arum ut plurimum tanta valet acrimonia, ut vix degustatum crudeliter fauces inflammet, quasdam vidi ego in America Ari species Raparum instar comestibiles & ut olera in hortis excultæ; unde Brassicæ Caraibarum dictæ, quod Brassicarum nostratium vulgarium instar, mensis opem inibi in dies præstent. Vitis Europæana optimas fert uvas unde optimum elicitur vinum, plurimæ in America

cent la medecine dans l'Amerique, je pouvois rapporter sans crainte, tout ce que les meilleurs Auteurs, & les plus experimentez Medecins Botanistes, ont écrit en general des vertus, qualitez, & usages de Fougeres, Polipodes, Capilaires, &c. de l'Europe, & de les approprier aux Plantes de mesme genre, &c. qui naissent dans l'Amerique. Au moins je faciliteray le moyen à ceux qui exercent la medecine dans ce païs d'en faire les experiences, en gardant pourtant les loix de l'art & de la prudence; car je ne pretens pas comme une regle infaillible & generale, que toutes les Plantes d'un mesme genre soient aussi d'une mesme nature quant aux vertus & qualitez. Les Roses rouges sont astringeantes, les Roses muscades ou de Damas sont laxatives. Ordinairement les Arums ou Pieds de veau sont si acrimonieux, que pour peu qu'on en gouste, ils laissent dans la bouche une acreté & une inflammation insupportable; on en trouve pourtant des especes presque aussi douces que des Raves, qu'on cultive mesme dans les jardins pour le service de la table. Les Vignes de l'Europe portent de tres-bons fruits, & dont le suc est excellent à boire; j'en ay trouvé plusieurs especes dans l'Amerique, dont les fruits & le suc ne

sont

bons à manger ni à boire. Le Capſicum, autrement piment ou poivre d'Inde, eſt ordinairement tres-piquant, bruſle la langue & la bouche ; j'en ay pourtant trouvé d'aſſez doux, & qu'on peut manger comme une pomme. Je pourrois rapporter encore bien d'autres exemples, où les eſpeces different en vertu les unes des autres, dans le meſme genre. Mais nonobſtant toutes ces exceptions, j'ay creu que je pourrois raiſonnablement ajouſter aux figures, & aux deſcriptions des Plantes de ce Traité, tout ce que les Medecins & Auteurs Botaniſtes ont écrit des vertus & des qualitez des Plantes du meſme genre qui naiſſent en Europe, & que je pourrois approprier toutes ces meſmes vertus aux plantes congeneres de l'Amerique. J'eſpere que l'Ouvrage en ſera plus utile, & qu'il en ſera mieux receu du Public, lors qu'on y vera l'utile meſlé avec le delectable. Je ſouhaite aprés tout, que les Medecins de l'Amerique qui voudront experimenter les vertus de ces meſmes Plantes, employent auſſi toute leur prudence pour éviter les dangers qui peuvent arriver lors qu'on fait les premieres épreuves. Je me flate auſſi qu'ils auront ſujet d'eſtre contens de ce petit Ouvrage, &

naſcuntur Vitium ſpecies neque ad uvas, neque ad vinum ullatenus valentes. Virentes ut plurimum Capſici ſpecies, pomorum inſtar ſubdulcem inveni. Plurimas multorum generum ſpecies in medium afferre liceret in quibus quædam à cæterarum conſortio viribus diſcrepantes naſcuntur. Non obſtat exceptio: Plantarum in hocce tractatu contentarum iconibus ac deſcriptionibus rationabile duxi virtutes ac facultates addidiſſe, quas apud celebriores Medicos & Botanicos de Plantis noſtratibus vulgatioribus teſtatas reperimus, ſpecies ſcilicet Europæanas ſpeciebus Americanis ad invicem conferendo. Me opus tum utilius, tum gratioſius facturum putavi, utile permiſcens dulci, iconibus nempe ac deſcriptionibus, aliquales ſaltem virtutes addendo. Peropto & maxime peropto ut & ipſi Americani Medici harum Plantarum virtutes probaturi atque experientiis tentaturi, propter experimenti difficultatem & periculum, in omnibus ſe viros præſtent, prudentiam ſcilicet, artem & methodum cum diligentia & magna cautela adhibentes. Tales inde futuros ſpero opuſculumque hoc ipſis aliquando

profuturum & bene placiturum. Communiores denique seu vulgatiores species pro exemplari hic adponam, quarum vires & usus potissimum è selectissimis ac probatissimis desumuntur authoribus, quibus fidem derogare nullatenus consentaneum est.

qu'ils ne manqueront jamais en agissant selon les regles de la Medecine & de la prudence. Enfin, j'ay choisi pour exemplaire les especes les plus communes & les plus usitées, & dont on ne doute plus des vertus, aprés que les meilleurs Auteurs de la Medecine les ont approuvées & les approuvent tous les jours par leurs propres experiences.

VERTUS ET USAGES
DE
QUELQUES ESPECES DE FOUGERE,
Chaque coſte eſt encore finie par une feuille beaucoup plus étenduë en ſa baſe que toutes les autres. Elle a auſſi les pinnules plus longues, pointuës & preſque courbées.

Sur le bord du fond de chaque entailleure, on voit une membrane tres-fine, blanchaſtre, taillée en fer de cheval ou croiſſant, & comme collée ſur le dos de la feuille. Lors que cette pellicule vient à ſecher, elle ſe retreſſit, & alors il paroiſt un petit peloton de veſicules menuës, luiſantes, & preſque de couleur de chaſtaigne.

Je trouvay cette Plante le long d'un vallon, au quartier du Preſcheur, à la Martinique.

gula autem acuminata ſunt, ampliſque pinnulis rotundatis, leviter in toto ambitu undulatis, ac in ſummitate denticulatis, utrinque profunde conciſa.

Foliorum ampliora (inferiora videlicet) pedis fere longitudinem, trium vero pollicum latitudinem nanciſcuntur, folioque inſuper ſingulari ad infimam baſis partem inſtruuntur, paulo equidem minori ſed ſimili, ſuumque apicem ad terram vertente.

Singulæ etiam coſtæ in folium deſinunt, magis quam cætera ad baſim extenſum, longioribus atque acuminatis & fere falcatis pinnulis laciniatum.

Ad ſingulos tandem laciniarum ſinus & in averſa folii parte membranula affigitur, lentis magnitudine, albida, tenuiſſima, lunulæ falcatæ aut ferri equini effigie, qua præ ariditate ſeſe contrahente acervulus apparet ex innumeris veſiculis exiguis, è bætico ſaturiori ſplendentibus coaleſcens.

Plantam in valle quadam ad regionem vulgo le Preſcheur, *apud inſulam Martinicanam reperi.*

PLANCHE XVIII.

Grande eſpece de Fougere à pinnules plus larges, & dentelées.

LA racine de cette Fougere eſt une groſſe touffe de filamens noiraſtres & déliez comme des cheveux, elle pouſſe ſept à huit coſtes un peu plus épaiſſes que des plumes à écrire, longues de quatre à cinq pieds, rondes, unies, d'un vert tanné, & garnies ſur chaque coſté de pluſieurs feuilles non tout-à-fait oppoſées, fort pointuës, dentelées au bout, & découpées preſque juſques à la nervure par des grandes pinnules arrondies, & legerement dentelées.

Les plus grandes de toutes ces feuilles ont un peu plus de demi pied de long, & plus de deux pouces de large. Elles ſont toutes membraneuſes, d'une couleur d'un vert gay, & traverſées tout du long par une nervure aſſez élevée, qui juſques à l'extremité de chaque pinnule en diſtribuë une autre bien

TABULA XVIII.

Filix pinnulis latioribus, dentatis major.

RAdix hujuſce Filicis capillaceis ac nigricantibus fibris tota conſtruitur; unde ſeptem aut octo elevantur coſtæ pennâ anſerinâ paulo craſſiores, quatuor vel quinque pedes altæ, teretes, unitæ; viroris ad bæticum inclinantis, & hinc inde foliis inſtructæ non omnino oppoſitis, in acutiſſimum & denticulatum cuſpidem deſinentibus, ampliſque pinnulis leviter dentatis & rotundatis, ſatis profunde diſſectis.

Foliorum ampliora paulo magis pedem ſunt longa, pauloque magis quam duos pollices lata. Singula membranacea ſunt, & læte virentia; illa etiam nervulus prominens in longum percurrit, unde alii exiliores ad ſingulas pinnularum ſummitates promanant, alios iterum

ſemper ſubtiliores, geminatos & arcuatos hinc inde ad earumdem pinnularum margines, emittentes. Uni autem ex quibuſlibet his nervulis geminatis membranula in longum ..jacet tenuiſſima albicanſque, qua præ ſiccitate ſeſe contrahente, innumera propalantur granula in ſtruem oblongam, & è minutiſſimis veluti lendinibus fulveſcentibus conflatam, congeſta.

Plantam per ſylvas partis Orientalis in inſula Martinicana multoties adinveni.

plus menuë, d'où il en ſort auſſi d'autres à chaque coſté de la pinnule, toutes doubles & courbées en maniere d'arc. De chacune de ces dernieres doubles, il y en a toûjours une accompagnée dans toute ſon étenduë, d'une petite pellicule blanchaſtre & tres-déliée, qui venant à ſecher & à ſe retreſſir, fait voir comme une fourmilliere de grains tres-menus, & ſemblables à des petites lentes rouſſaſtres.

J'ay trouvé pluſieurs fois cette plante dans les bois de la Cabſterre à la Martinique.

TABULA XIX.

Filix pinnulis latioribus, dentatis, minor.

TAnta affinitate hæc præcedenti Filici conjungitur, ut licet minori aſſurgat mole, eamdem tamen primo intuitu diceres; aſt ſi rite examinaveris, diverſam prorſus judicabis. Coſtæ etenim exiliores & ut in Adianto vulgari lævigatæ, ſplendentes & nigræ: textura etiam ejus tenuior, nervuli pinnularum nunquam gemini, ſed ſimplices; pinnulæ tandem tenuius quam in præcedenti dentatæ.

Iiſdem in locis quibus præcedens, reperitur hæc planta.

PLANCHE XIX.

Petite eſpece de Fougere à pinnules plus larges & dentelées.

QUoyque cette Fougere n'ait pas la grandeur de la precedente, neanmoins il y a tant de rapport entre l'une & l'autre, que ſi on n'y regarde de prés, on peut s'y tromper aiſément, mais quand on l'a bien conſiderée, on en connoiſt la difference, puiſque ſes coſtes ſont non-ſeulement plus menuës; mais encore noires, polies & luiſantes comme celles de nos Capilaires; ſon tiſſu eſt auſſi beaucoup plus délié, & les petites nervures qui traverſent la largeur des pinnules ne ſont jamais doubles, mais ſimples: & ces meſmes pinnules ſont entaillées par une dentelure beaucoup plus délicate que celles de la precedente.

Je trouvay cette plante dans les meſmes endroits.

TABULA XX.

Filix villoſa, pinnulis Quercinis.

RAdice potitur hæc Filix, Polypodii vulgaris radicis inſtar, nodoſa, pedem longa, brachium fere craſſa, tenera, ſubalbida, mucilaginoſa, fibriſque innumeris & nigricantibus veluti barbata. Coſtæ ex ea prodeunt quinæ aut ſenæ ſenos pedes circiter altæ, pollicem vero unum craſſæ.

Teneræ etiam ſunt coſtæ illæ, teretes,

PLANCHE XX.

Fougere veluë, à pinnules ſemblables aux feüilles du Cheſne.

LA racine de cette Fougere eſt longue d'environ un pied, groſſe preſque comme le bras, noüeuſe de meſme que celle du Polipode, & d'une conſiſtence tendre, blanche & mucilagineuſe. Elle eſt accompagnée de quantité de longues fibres noiraſtres, qui la rendent comme barbuë, & pouſſe cinq à ſix coſtes longues de cinq à ſix pieds, & épaiſſes preſque d'un pouce.

Toutes ces coſtes ſont tendres, rondes, canelées

canelées ſur le devant, & portent depuis le milieu en haut pluſieurs longues branches alternes, un peu tortuës, & garnies de feüilles placées de meſme maniere, pointuës, longues de quatre à cinq pouces, & larges de deux preſque dans toute leur étenduë.

Chaque feüille eſt entaillée par des pinnules profondes, émouſſées, larges de demi pouce, & retaillées tout au tour par d'autres petites découpures rondes, qui les rendent aſſez ſemblables aux feuilles de nos Cheſnes. On voit au fond de chaque derniere entailleure, ſur le dos meſme de la pinnule, comme un petit tas de veſicules tresmenuës, cachées auparavant ſous une membrane blanchaſtre, & taillée comme en croiſſant de la grandeur d'une lentille.

Toute la plante eſt tendre, d'un vert blanchaſtre, & toute couverte de poil; elle croiſt particulierement le long des ruiſſeaux. Je la trouvay dans un vallon du Morne rouge, vers le quartier du Fort Saint Pierre à la Martinique.

ſulculo tamen anterius excavatæ, & à medietate ſurſum ramos emittentes alternos, prælongos, pauliſper flexuoſos, alterniſque foliis decoratos acuminatis, quatuor vel quinque pollices longis, duos vero fere per totam longitudinem latis.

Quodlibet autem folium in pinnulas diffinditur profundas, obtuſas, ſemipollicem latas, creniſque ſubrotundis Quercinorum foliorum in modum ſinuatas & criſpatas. Ad ſingulos denique crenularum ſinus, in ipſa folii parte averſa, acervulus congeritur è minutiſſimis veſiculis, prius ſub membranula latitantibus ſubalbida, lente non majori, ac creſcentis lunulæ inſtar falcata.

Tota planta tenera eſt, villoſiſſima, ex albo virens, rivuloſque potiſſimum amat. Illam in valle quadam loci, qui dicitur, le Morne Rouge, *ad partes arcis D. Petri in inſula Martinicana reperi.*

PLANCHE XXI.

Grande eſpece de Fougere, ſans branches, & à grandes dentelures.

LA racine de cette plante eſt compoſée de quantité de fibres noiraſtres, d'où ſortent neuf ou dix coſtes de quatre à cinq pieds de hauteur, de l'épaiſſeur d'une plume à écrire, d'un vert brun, unies, preſque quarrées, & garnies de dix à douze paires de feuilles, diſtantes de prés de deux pouces les unes des autres.

Ces feuilles ont environ dix à douze pouces de long, ſur preſque un pouce de large; elles finiſſent toutes en pointe, & ſont épaiſſes comme du parchemin, neanmoins un peu rudes, aſſez fragiles, de couleur d'un vert paſle, & entaillées de chaque coſté par des denticules un peu larges & terminées en maniere de bec.

Chaque feuille eſt traverſée en toute ſa longueur par une nervure un peu conſiderable, & qui diſtribue dans tout le cours de ſon étenduë à chaque pointe, & à chaque fente des denticules d'autres petites nervu-

TABULA XXI.

Filix non ramoſa, latius dentata, major.

HUjus Filicis radix è radiculis innumeris fibroſis & nigricantibus compacta, novem aut decem effundit coſtas, quatuor vel quinque pedes circiter altas, pennam anſerinam craſſas, fuſce virentes, quadrangulares, ac decem aut duodecim foliorum conjugationibus duos pollices ab invicem diſſitis ornatas.

Hæc autem folia pedem circiter ſunt longa, pollicem & ſemis lata, multum acuminata, fere pergamacea, tactu aſperiuſcula, fragilia, obſcure virentia, ac tandem denticulis latis & veluti roſtratis crenata.

Nervo conſpicuo per totam longitudinem producto ſingula ſuſtentantur folia, unde ad apices & ad fiſſuras derticulorum nervuli alii decurrunt, aliis nervulis exilioribus, tranſverſariis, ob-

liquis & parallelis conjuncti; inter quos uſque ad apices denticulorum ſeries verrucularum pulvereſcentium, nigricantium, ac fere ſeſe contingentium decumbit.

Hanc plantam circa regionem Portus Pacis in inſula Sandominicana, ſed raro inveni.

Filix non ramoſa major, ſurculis crebris, pinnulis longis, anguſtis Sloane Catal. Plant. Jam. 19.

Huic fere convenit, Filix paluſtris mas non ramoſa, pinnulis obtuſioribus planis, ex inſula Bermudenſi. Pluk. Almag. Botan. 151. & phytogr. Tab. 243. fig. 6.

res, jointes par d'autres obliques & paralelles, parmi leſquelles on voit regner juſques au bout des denticules une ſuite de petites verruës poudreuſes, noires, & aſſez proches les unes des autres.

Je n'ay trouvé que fort rarement cette plante, vers le quartier du Port de Paix dans l'iſle Saint Domingue.

Grande eſpece de Fougere non rameuſe, à pluſieurs rejettons, & à pinnules longues, étroites. Sloane Catal. Plant. Jam. 19.

Il peut y avoir quelque rapport entre cette plante & celle que Pluk. appelle: *Fougere des marais, maſle, non rameuſe, & à pinnules unies, & plus émouſſées, de la Vermude. Almag. Bot. 151. & phytogr. Tab. 243. fig. 6.*

TABULA XXII.

Filix latius dentata altera, Polypodii radice.

HÆc tum facie, tum ſitu, foliorumque diviſuris à præcedente nullatenus differt, ab illa tantum diſcrepans, quia folia anguſtiora, coſtæ rotundæ, canaliculatæ & humiliores; radix tandem ut in polypodio vulgari carnoſa, teres, ramoſa, & inſuper longiſſime præreptans.

Multo etiam frequentior eſt; reperitur namque plurimis in locis juxta rivulos, perque ſylvas umbroſas inſulæ Sandominicanæ.

PLANCHE XXII.

Autre Fougere à grandes dentelures, & à racine de Polipode.

CEtte eſpece de Fougere a le meſme port & le meſme feüillage que la precedente, & toute ſa varieté conſiſte en ce que ſes feuilles ſont un peu plus étroites; que les coſtes ſont rondes, canelées, & moins longues; ſes racines ſont auſſi ſemblables à celles des Polipodes communs, c'eſt-à-dire charnuës, rondes, branchuës, mais traçantes.

Elle eſt auſſi beaucoup plus commune; car on la trouve en bien d'endroits le long des ruiſſeaux, & dans les foreſts couvertes de l'iſle Saint Domingue.

TABULA XXIII.

Filix ad alas folioſa.

E Capite radicis, fibris nigris & veluti in ceſpitem convenientibus compactæ, novem aut decem elevantur coſtæ, humanam altitudinem adæquantes, digitum craſſæ, rotundiſſimæ, licet anterius canaliculo quodam ſulcatæ, ſubfuſca viriditate præditæ & ebenæi baculi inſtar lævigatæ.

Folia, quibus ſingulæ inſtruuntur, ad quartam ipſarum altitudinis partem produci incipiunt, & ceu in alas binas, lon-

PLANCHE XXIII.

Fougere feuilluë aux aiſſelles.

LA racine de cette Fougere n'eſt proprement formée que par une grande quantité de fibres noires, touffuës & ramaſſées, & qui pouſſent de leur aſſemblage neuf à dix coſtes de la hauteur d'un homme, épaiſſes comme le doigt, tres rondes, mais canelées en devant, d'un vert brun, & liſſes comme un baſton d'ébene.

Les feuilles, dont toutes ces coſtes ſont garnies, ne commencent à eſtre produites que vers le quart de leur hauteur, & s'étendent en maniere de deux aiſles longues,

étroites, pointuës, & toutes découpées aſſez profondement par des pinnules étroites auſſi, & preſque émouſſées. Les plus grandes de toutes ces feuilles ont environ un pied de longueur, ſur prés d'un pouce & demi de large ; elles ſont toutes membraneuſes, déliées, unies ſur le devant, & d'un vert aſſez agreable ; leur dos eſt tant ſoit peu terni & comme écaillé par des pellicules blanchaſtres qui couvrent chacune un petit tas de veſicules noires.

Outre toutes ces feuilles, qui font l'ornement de ces coſtes, il en ſort une autre de chaque aiſſelle bien plus courte, bien plus étroite, & qui a la pointe dreſſée en haut; cette petite feuille n'a pas plus d'un pouce & demi de longueur, ſur demi pouce de large à la baſe.

Je trouvay cette plante le long d'un vallon, vers le quartier du Preſcheur, à la Martinique.

gas, anguſtas, acuminatas, atque pinnulis anguſtis etiam, & pauliſper obtuſis, diſſectas, extenduntur. Horum ampliora pedis circiter longitudinem obtinent, ac pollicis & ſemis latitudinem. Subſtantia ſingulorum membranacea eſt multumque tenuis; facies perpulchre viret, atque unita eſt; dorſum vero paulo languidius, membranulis multis albicantibus, ac veſiculas plurimas minutiſſimas occultantibus, veluti ſquamatur.

Præter autem illa folia quibus adornantur hæ coſtæ, ad ſingulas ſingulorum alas, aliud pecu[illegible] ſe exerit foliolum ſurſum vergens, ſed multo minus, nempe vix duos pollices longum, & ſemi-pollicem ad ipſam baſim, latum.

Planta hæc in inſula Martinicana reperitur, juxta vallem quamdam illius regionis quæ Le Preſcheur *nuncupatur.*

PLANCHE XXIV.

Grande eſpece de Fougere, ſemblable à l'If.

LA racine de cette Fougere eſt un peu dure, & preſque ligneuſe, noire, & garnie de fibres noiraſtres; elle pouſſe quelques coſtes de meſme couleur, un peu plus épaiſſes que des plumes à écrire, rondes, unies, & longues de prés d'une toiſe.

Chaque coſte d'eſpace en eſpace, & depuis le haut en bas porte deux petits aiſlerons oppoſez, creux comme une cuillere, & pointus : à l'endroit de chaque aiſleron eſt produite une coſte preſque perpendiculaire à la principale, longue de plus d'un pied, & terminée par une pinnule étroite & pointuë ; elle eſt auſſi chargée en toute ſa longueur d'autres pinnules oppoſées, entierement contigues, & arrangées en maniere de dents de peigne, ou comme les feuilles de l'If, auſquelles elles reſſemblent aſſez, excepté qu'elles ne ſont point aiguës, mais arrondies par le bout, un peu plus longues d'un pouce, & larges par tout de deux lignes. Leur conſiſtence eſt membraneuſe, d'un vert foncé, & rayée legerement endevant, ayant le dos chargé d'un double rang de petites verruës tannées, que forment pluſieurs veſicules.

TABULA XXIV.

Filix Taxi-formis major.

RAdicem habet hæc Filix duriuſculam, ac fere lignoſam, nigricantem, innumeris fibris nigricantibus capillatam, plurimaſque coſtas proferentem, etiam nigricantes, calamo ſcriptorio paulo craſſiores, teretes, glabras, ſexque pedes interdum æquantes.

Singulæ autem coſtæ ab imo fere ad ſummum per intervalla diſcriminantur pinnulis binis exiguis, oppoſitis, membranaceis, ac cochlearis in modum concavis, ſed acuminatis ; è quarum veluti ſinu coſtula producitur primariæ perpendicularis, magis quam pedem longa, acutiſſimâque pinnulâ terminata. Quælibet vero ex his coſtulis pinnulas habet per totam longitudinem contiguas, pectinis dentium modo diſpoſitas, & Taxi vulgaris noſtratis foliis ſatis conformes, niſi quod ad ſummitatem rotundentur, magis quam pollicem ſint longæ, ac per totum duas uncias latæ. Inſuper membranaceæ ſunt, ſature vireſcentes, venulis ſubtilibus anterius ſulcatæ, poſteriuſque tuberculis bæticis, geminaque ſerie digeſtis, verrucoſæ.

Planta hæc ſatis copioſe provenit in monte qui dicitur, le Morne de la Calebaſſe, *apud inſulam Martinicanam.*

Cette plante croiſt en abondance ſur le Morne de la Calebaſſe à la Martinique.

TABULA XXV.

Filix Taxi formis, minor.

TOta fibrata, nigricans & capillata hujus Filicis radix ineſt, ſeptenas aut octonas emittens coſtas calamo ſcriptorio paulo tenuiores, tres aut quatuor pedes altas, teretes, glabras, & è caſtaneo vireſcentes.

Singulæ coſtulis aliis ſeu ramis perpendicularibus brachiantur oppoſitis, paulo magis ſemipedem longis (longiores viz.) in pinnulam acutiſſimam deſinentibus, pinnulaſque plurimas per totam longitudinem deferentibus contiguas, Taxi vulgaris foliorum inſtar pectinatim affixas, tandem obtuſas, ſimplices, & nullatenus dentatas. Harum ampliores quinquunciales ſunt, vixque unam unciam latæ; ſingulæ vero membranaceæ ſunt & læves, ſed luride virentes, atque in averſa parte duplici verrucularum è pulvere minutiſſimo & bætico protuberantium, ſerie onuſtatæ.

Plantam pluribus in locis inſulæ Martinicanæ, potiſſimum in monte qui dicitur, le Morne de la Calebaſſe, *adinveni.*

PLANCHE XXV.

Petite eſpece de Fougere ſemblable à l'If.

LA racine de cette Fougere eſt compoſée de pluſieurs fibres noires & cheveluës, elle pouſſe ſept à huit coſtes un peu moins épaiſſes que des plumes à écrire, mais longues de trois à quatre pieds, entierement rondes, unies, & d'un vert tirant ſur la couleur de chaſtaigne.

Chaque coſte eſt garnie en toute ſa longueur d'autres coſtes ou branches oppoſées, aſſez déliées, étenduës comme des bras, & perpendiculaires : les plus longues ont environ ſix à ſept pouces ; toutes finiſſent par une pinnule pointuë, & ſont garnies dans toute leur longueur d'autres pinnules fort ſerrées, arrangées en maniere de dents de peigne, comme les feuilles de nos Ifs, enfin émouſſées au bout, ſimples, & ſans aucune dentelure. Les plus grandes de ces pinnules ont environ demi pouce ſur une ligne de largeur ; elles ſont toutes membraneuſes, unies, mais d'un vert un peu morne ; & toutes le dos ſurchargé d'un double rang de petites verruës tannées.

Je trouvay cette plante en pluſieurs endroits de la Martinique, particulierement ſur le Morne de la Calebaſſe.

TABULA XXVI.

Filix pinnulis oblongis, & in ſummitate ſerratis.

FIbris perpluribus capillaceis, nigris, longe lateque diffuſis adſtruitur hujuſce Filicis radix, è capite ſuo plurimas emittens coſtas teretes, unitas ſemidigitum craſſas, quatuor pedes circiter altas, & à tertia altitudinis parte foliis inſtructas oppoſitis, pedem longis, duos pollices latis, acuminato ſerratoque cuſpide definitis, ac tandem in toto ambitu pinnulis latis, fere obtuſis, ac circa ſummitatem tantum ſerratis, ſatis pro-

PLANCHE XXVI.

Fougere à pinnules longues, & dentelées à l'extrémité.

LA racine de cette Fougere eſt formée par quantité de longues fibres cheveluës, noires, & toutes éparſes ça & là ; ſa teſte pouſſe pluſieurs coſtes rondes, unies, épaiſſes comme la moitié du doigt, hautes d'environ quatre pieds, & garnies depuis le tiers de leur hauteur de quelques paires de feuilles longues d'environ un pied, & larges de plus de deux pouces : toutes ces feuilles ont l'extrémité dentelée & pointuë, & tout le contour découpé fort profondément par des

des pinnules assez larges, presque émoussées & dentelées vers la pointe. Leur consistence est mince comme du vélin, d'un vert assez agreable, & traversée en toute la longueur de chaque pinnule par une nervure, qui en distribuë plusieurs autres de chaque costé, toutes triples & aboutissantes à une double rangée de grosses verruës noiraſtres.

Je trouvay cette plante parmi les forests du Morne Rouge, proche le quartier du fort Saint Pierre, à la Martinique.

funde dissectis. Singula membranacea sunt, læteque virentia, ac costulâ ad singula pinnularum cacumina protendente, donata; unde aliæ costulæ per totam pinnulæ superficiem diffunduntur tenuissimæ, tergeminæ, atque aa geminatam tuberculorum nigricantium seriem directæ.

Plantam per sylvas illius loci, quì dicitur, le Morne Rouge, *versus regionem Arcis D. Petri in insulâ Martinicana, adinveni.*

PLANCHE XXVII.

Grande espece de Fougere rameuse, veluë, & à dentelure ronde.

CEtte espece de Fougere devient ou élevée ou basse, & d'un grand ou petit volume, selon la qualité du lieu où elle prend naissance. Sa racine est toute cheveluë, & grisaſtre, comme sont la plus-part des autres Fougeres; & pousse cinq à six costes tannées d'environ quatre à cinq & six pieds de hauteur, épaisses de deux à trois lignes, rondes & sillonnées par devant.

Ces costes poussent de chaque costé d'espaces en espaces inégaux quelques branches minces d'environ un pied de longueur (sçavoir les plus longues) garnies de feuilles situées alternativement, longues d'environ trois pouces, larges d'un seulement à la base, pointuës à l'extrémité & fenduës jusques à la nervure mesme par des pinnules de trois lignes de large, arrondies au bout, & dentelées tout au tour par une crenelure ronde. Toutes ces pinnules sont lisses, d'un vert assez beau par dessus, mais passe en dessous, & chargées d'un double rang de petits tubercules ronds, formez par des vesicules noiraſtres.

Toute la plante est parsemée de petits poils tortus & roussaſtres. J'en ay trouvé en deux endroits de l'isle Saint Domingue, vers le Port de Paix, & proche le Tapion du Petit Goive.

Grande espece de Fougere rameuse, veluë, peu chargée de rameaux, & à pinnules de Cetterac; c'est-à-dire pressées, larges, courtes, ar-

TABULA XXVII.

Filix ramosa, villosa, major, crenis rotundis dentata.

ALta aut humilis crescit hæc Filix, pro loci in quo nascitur, aut ubertate aut sterilitate. Ex ejus radice ut in multis aliis Filicibus capillata & fuscescente, quinque aut sex erumpunt costæ, quatuor, aut quinque, vel etiam sex pedes altæ, duas aut tres uncias crassæ, è castaneo ruffescentes, rotundæ, anterius tamen sulcatæ.

Costæ autem illæ, quosdam hinc inde producunt ramos alterna serie & per intervalla inæqualia ordinatos; quorum singuli (videlicet longiores) pedem & semis circiter sunt longi, tenues, alternis foliis per totam longitudinem alati, tres pollices circiter longis, unum circa basim latis, ad summitatem acuminatis, ac in pinnulas usque ad costam seu nervulum divisis; quæ quidem pinnulæ tres uncias latæ sunt, glabræ, læte virides desuper, subtus pallidiores, in toto circuitu crenulis rotundis dentatæ, ac ad dorsi superficiem exiguis tuberculis è nigricante pulvisculo conflatis, instructæ.

Tota planta villis conseritur exilibus, tortuosis & ruffescentibus. Ipsam duobus tantum in locis reperi apud insulam Sandominicanam, & juxta Portum Pacis, & circa illum montem qui dicitur, le Tapion du Petit Goive.

Filix ramosa major, hirsuta, ramulis raris, pinnulis Asplenii; scilicet crebris, latis, brevibus, subrotun-

dis, non dentatis. Sloane Catalog. Plant. Jam. 23.

rondies, & ſans dentelure. Sloane Cat. Plant. Jamaïc. 23.

TABULA XXVIII.

Filix furcata, pinnulis longiuſculis, non dentatis.

BInas aut ternas ad ſummum, è radice multum fibrata, capillata, & nigricante emittit coſtas hæc Filix, è nigro ruffeſcentes, glabras, teretes, lignoſas; ſæpius ſquamulis membranaceis, ruffeſcentibus etiam ſed tutioribus obtectas, ac tandem duos circiter pedes altas.

Harum ſummitas in duos diſpeſcitur ramos, duos pollices circiter longos & ab invicem ſatis divaricatos: quilibet autem ramus in duos alios duplo longiores dividitur, ac tandem hi ultimi in duos alios etiam longiores, ſed minus ab invicem diſſitos diffinduntur.

Præter illos ramos coſtæ ſummitati imminentes, circa ejuſdem coſtæ mediam altitudinem, duo alii protenduntur rami oppoſiti eodem ac ſuperiores ſeſe dividentes modo. Singuli illi rami tam inferiores videlicet, quam ſuperiores pinnulis pennantur foliis Taxi ſatis ſimilibus, pectinatim ordinatis, pollicem circiter longis, uncias binas fere latis, membranaceis, lucidis, ac vireſcentibus, cingulo tandem veſicularum nigricantium per totam oram præcinctis.

Rarius invenitur hæc planta, vixque occurrit mihi, niſi ſuper verticem montis illius qui dicitur, le Morne de la Calebaſſe, *apud inſulam Martinicanam.*

Filix fœmina ſeu ramoſa major, dichotoma, pinnulis Lonchitidis, ſcilicet longis, anguſtis, non dentatis. Sloane Catal. Plant. Jam. 24.

PLANCHE XXVIII.

Fougere fourchuë, & à longues pinnules, non dentelées.

LA racine de cette Fougere eſt fibrée, cheveluë, & noiraſtre; elle ne pouſſe tout au plus que deux ou trois coſtes rouſſaſtres, tirant tant ſoit peu ſur le noir, preſque ligneuſes, liſſes, rondes, longues d'environ deux pieds, & bien ſouvent couvertes d'écailles fort minces, & d'une couleur rouſſaſtre auſſi, mais moins foncées.

L'extrémité de ces coſtes ſe diviſe toûjours en deux branches aſſez écartées l'une de l'autre, & longues d'environ deux pouces : chacune de ces branches ſe diviſe encore en deux autres, une fois plus longues; & enfin ces dernieres ſe partagent auſſi en deux autres plus longues, mais moins écartées que les premieres.

Outre ces branches, que chaque coſte pouſſe de ſon extrémité, il y en a encore deux autres vers le milieu de chacune, qui naiſſent oppoſées & partagées pluſieurs fois de meſme que les ſuperieures : enfin & les unes & les autres croiſſent garnies en toute leur longueur, de pinnules diſpoſées en maniere de dents de peigne, & ſemblables aux feuilles de l'If; ces pinnules ont environ un pouce de longueur, & prés de deux lignes de large; elles ſont toutes membraneuſes, fermes, vertes, luiſantes, & bordés tout au tour d'un cordon de petites veſſies noiraſtres.

Cette plante eſt aſſez rare, & je n'en ay guere veu que ſur le Morne de la Calebaſſe à la Martinique.

Grande eſpece de Fougere femelle ou rameuſe, & fourchuë, à pinnules de Lonchite; c'eſt-à-dire longues, étroites, & ſans dentelure. Sloane Cat. Plant. Jam. 24.

PLANCHE XXIX.

Fougere rameuſe à pinnules longuettes, partie à oreilles.

ON prend d'abord cette plante pour noſtre Fougere commune ou femelle, qui eſt la *grande Fougere rameuſe, à pinnules émouſſées, non dentelées de C. B. pin. 357.* mais on ſe trompe, car elle eſt d'une plus grande étenduë, & pouſſe beaucoup plus de branches. Sa racine eſt toute cheveluë & brune, elle produit pluſieurs coſtes épaiſſes d'environ deux lignes, fort polies, d'un roux chaſtain, d'une hauteur indéterminée, & garnies de pluſieurs rameaux preſque oppoſez & ſouſdiviſez pluſieurs fois en d'autres rameaux, & tous preſque de meſme couleur que les coſtes.

Les plus longs d'entre ces rameaux ont environ un pied, & pouſſent tous de part & d'autre pluſieurs coſtes menuës, preſque oppoſées & toûjours plus courtes à meſure qu'elles approchent du bout de la branche. Chaque petite coſte eſt terminée par une pinnule longuette, étroite, preſque pointuë, mais un peu émouſſée, & ſoûtient à chaque coſté d'autres pinnules de meſme nature, poſées alternativement, & la pluſpart oreillées à chaque coſté de la baſe.

Toutes ces pinnules reſſemblent tres-bien aux feuilles de noſtre Romarin, ayant le bord replié en-deſſous, ainſi que les feuilles de cette plante, & couvrent ſous leurs plis des veſicules tres-menues: leur deſſus eſt uni & d'un verd blanchaſtre, & le deſſous tout rayé par de petites nervures traverſieres.

J'ay trouvé cette plante en pluſieurs endroits de l'iſle Saint Domingue, & toûjours dans des lieux ſecs & pierreux.

Grande Fougere femelle ou rameuſe à pinnules étroites, émouſſées, non dentelees, & à branche terminée par une ſeule pinnule fort longue. Sloane, Catalogue des Plantes de la Jamaïque 24.

TABULA XXIX.

Filix ramoſa pinnulis longiuſculis, partim auriculatis.

HÆc primo intuitu Filicem noſtratem vulgarem ſeu fæminam (Filix ramoſa major, pinnulis obtuſis non dentatis C. B. pin. 357.) *optime repræſentat; aſt fallit ſenſus, multo namque ramoſior eſt ampliorque. Radix ejus [illegible] capillata eſt & ſubfuſca, pluresque [illegible]ducit coſtas varie altas, ſed biuncialis craſſitiei, læves, è caſtaneo ruffas, ac in multos ramos fere oppoſitos, fere etiam è caſtaneo ruffos, iterum atque iterum brachiatas.*

Ramorum autem longiores pedales inſunt, coſtulaſque hinc inde affixas habent non omnino oppoſitas, eoque ſemper breviores, quo ſummitati rami propiores. Harum extremitas in pinnulam deſinit longiuſculam, anguſtam, ac fere acuminatam, ſeu pauliſper obtuſam; utrumque verò latus pinnulas alias profert ejuſdem prorſus naturæ, ſed alternas, partim ſimplices & partim ad baſim auriculatas.

Quæ quidem pinnulæ foliorum Roriſmarini vulgaris perquam æmulæ ſunt; Roriſmarini nempe modo, limbo poſterius complicato, ac ſub complicatione veſiculas minutiſſimas contegente prætextæ, ac tandem ſuperius lævigatæ & ex viridi albicantes; inferius vero exiguis nervulis tranſverſis corrugatæ.

Pluribus in locis plantam reperi apud inſulam San-dominicanam ſemper aridis & ſaxoſis naſcentem.

Filix fœmina ſeu ramoſa major, pinnulis anguſtis, obtuſis, non dentatis, impari ſurculum terminante longiſſima. Sloane, Cat. Plant. Jamaïc. 24.

TABULA XXX.

Filix altiſſima, & globuligera, major.

E Longa, fibrata, capillata, ruffeſcente, & maxime conferta radice novem aut decem elevantur coſtæ, paulo magis quam pollicem craſſæ, ſeptem aut octo pedes, ut plurimum altæ, interdum tamen binas adæquantes ul[illegible].

Singulæ ex ni[illegible]ſcunt, politæ ſunt, rotundæ, anterius canaliculo excavatæ, atque ad tertiam altitudinis partem ramos proferre incipientes, prælongos, alternos, digitum craſſos, glabros, è nigro etiam ruffeſcentes & canaliculatos, tandem coſtulis, ſeu ramulis etiam alternis, bipedalibus & magis quam uncialibus inſtructos.

Hæ vero ultimæ coſtulæ ſeu ramuſculi foliis per totam longitudinem exornantur alterno poſitis ſitu, membranaceis, læte virentibus, ac nervulo è caſtaneo nigricante ſuſtentatis. Ex illis ampliora quatuor pollices circiter ſunt longa, unum vero circa baſim lata, dein ſenſim ſeſe anguſtantia in longiuſculum deſinunt acumen. Latera in pinnulas latiuſculas, criſpas, & obtuſas ſatis profunde inciduntur; iterum aliis pinnulis minoribus etiam criſpis & obtuſis diviſas, atque ad ſingulos fiſſurarum ſinus globulo prius margaritulæ ſplendenti & ex albo vireſcenti, ſimili, dein in acervulum veſicularum ex auro fulgentium ſe convertente, poſterius adſtructas.

Circa rivulorum fluenta atque in uliginoſis locis potiſſimum provenit hæc planta, quam reperi juxta locum quemdam qui vulgo dicitur, le Fond de Baudin, *prope Leoganam inſulæ Sandominicanæ.*

PLANCHE XXX.

Grande eſpece de Fougere tres haute, & à petites boules.

DE la racine de cette Fougere, formée par quantité de fibres tres longues, cheveluës, rouſſaſtres, & extremément touffuës, naiſſent neuf ou dix coſtes, épaiſſes d'un pouce & demi, hautes ordinairement de ſept à huit pieds, & ſouvent preſque de deux toiſes.

Toutes ces coſtes ſont d'un noir-tanné, rondes, canelées ſur le devant, & unies comme un baſton d'Ebene, elles ne commencent que vers le tiers de leur hauteur à pouſſer des branches fort longues, alternes, épaiſſes comme le doigt, unies, canelées auſſi ſur le devant, preſque de meſme couleur qu'elles, & garnies de pluſieurs autres branches ou coſtes longues d'environ deux pieds, & plus épaiſſes d'une ligne.

Chacune de ces dernieres coſtes ou branches eſt auſſi chargée tout du long de feuilles tres déliées, d'un vert aſſez agreable, arrangées alternativement & traverſées en long par une nervure d'un noir fauve. Les plus grandes ont environ quatre pouces de long, ſur prés d'un pouce de large à la baſe, & ſe retreſſiſſant peu à peu, elles finiſſent par une pointe un peu longue. Tout leur contour, excepté cette pointe, eſt fendu, & puis refendu bien avant par des pinnules ondées & rondes, ayant le dos chargé au bas de chaque découpure, d'une petite boule bien unie, luiſante, & ſemblable à une petite perle d'un vert blanchaſtre, qui dans la ſuite du temps devient un peloton de petites veſſies dorées.

Cette plante croiſt ordinairement dans les lieux humides où le long des ruiſſeaux. Je la trouvay dans un endroit qu'on appelle le Fond de Baudin dans l'iſle Saint Domingue, proche la quartier de Leogane.

PLANCHE XXXII.

Fougere montante, à pinnules dentelées délicatement.

JE n'ay jamais ſceu découvrir la principale racine de cette Fougere, mais j'ay toutefois remarqué, que de toutes celles de cette eſpece que j'ay veuës, la tige eſt entierement & fortement attachée contre le tronc des arbres, par une infinité de fibres tres menuës & courtes, de meſme que noſtre Lierre d'Europe.

Cette tige eſt extrémement longue, & monte tout le long des troncs des arbres de meſme que celle du Lierre : elle eſt épaiſſe comme le doigt, quand on la dépoüille d'une mouſſe veluë & rouſſaſtre, dont elle eſt entierement couverte : elle eſt charnuë de meſme que celle du Polipode commun, mais blanchaſtre, & traverſée en toute ſa longueur par quelques fibres ligneuſes & noires : elle pouſſe auſſi pluſieurs longues branches alternes, mais nuës, rondes, un peu canelées ſur le devant, vertes en partie, & partie d'une couleur rouſſaſtre ; enfin garnies d'autres rameaux plus menus, plus courts, & alternes.

Ces dernieres branches ſont garnies de feuilles placées de meſme alternativement & dont les plus grandes n'ont tout au plus que trois pouces de long, ſur environ un pouce de large à la baſe : elles ſont membraneuſes, veinées, & d'un vert aſſez gay ; chacune finit par une pointe, & eſt fenduë des deux coſtez preſque juſques à la principale nervure, par des pinnules arrondies, & dentelées fort délicatement, & d'une maniere aſſez agreable. Les premieres de ces pinnules, ſçavoir celles qui forment immédiatement la baſe, ſont un peu plus grandes que toutes les autres, & ſont oreillées à leur baze par deux petites avances rondes, & dentelées de meſme.

Le caractere de toutes ces feuilles, generalement parlant, eſt de ne jamais produire de ſemence, excepté ſeulement celles de la plus jeune coſte qui naiſt toûjours la derniere ſur l'extrémité meſme de la tige. Celles-cy ſont beaucoup plus petites, leurs pni-

TABULA XXXII.

Filix ſcandens, pinnulis eleganter ſerratis.

PRimariam hujuſce Filicis radicem nuſquam mihi licuit reperire, cunctarum tamen hujus ſpeciei quas ; vidi, obſervavi totum cauliculum innumeris fibrillis tenuibus ac brevibus ad truncos arborum, hederarum more firmiter adhærere.

Longiſſimus itaque eſt cauliculus ille hederaceorum cauliculorum inſtar ſcandens, digitum craſſus (cum ſcilicet piloſo quodam & rufeſcente muſco quo penitus contegitur, denudatur) Polypodii radicis modo carnoſus, ſubalbicans, fibriſque nigris & lignoſis interius per totam longitudinem trajectus, tandem ramos emittens alternos, prælongos, ſed nudos, teretes, paululum anterius ſulcatos, partim virides, partim ruffeſcentes, & ramulis aliis etiam alternis, ſed exilioribus & brevioribus inſtructos.

Hi autem ultimi ramuli foliis decorantur etiam alternis, tres pollices circiter longis, (ampliora videlicet) & unum pollicem ad ipſam baſim latis : ſingula acuminata ſunt, membranacea, venoſa, læte virentia, ac in utroque latere pinnulis ſubrotundis, & eleganti ſerratura dentatis, profundiſſime ſeu fere uſque ad ipſum nervum diſſecta. Pinnularum primæ ſeu baſim folii efformantes, paulo magis quam cæteræ ampliantur, atque in utroque baſis propriæ latere in lobulum extenduntur rotundatum, ſimilique elegantia ſerratum.

His omnibus demum foliis, ſemine aliquo fœcundari nullatenus à natura conceſſum, aſt aliis quibuſdam, peculiari cuidam juniori coſtæ, ex ipſa cauliculi ſummitate immediate naſcenti, adhærentibus. Quæ quidem multo inſunt mi-

nora, in pinnulas non ſerratas ſecantur, atque ad poſticam partem veſiculis innumeris ex auro & bætico refulgentibus incruſtantur, in antica vero, tenui cingulo ex eiſdem veſiculis, marginem ipſum exſuperantibus, conflato, adornantur.

Plantam per ſylvas illius montis vulgo le Morne Rouge *nuncupati, prope Arcem D. Petri in inſula Martinicana adinveni.*

nules n'ont point de dentelures, & tout leur dos eſt couvert comme d'une maniere de crouſte dorée & tannée, & qui débordant tant ſoit peu ſur le devant y forme une petite bordure de meſme couleur.

Je trouvay cette plante dans les bois du Morne Rouge, proche le Fort Saint Pierre de la Martinique.

TABULA XXXIII.

Filix aurea ramoſa, crenulis rotundis dentata.

INnumeris fibris craſſioribus, nigricantibus, longe lateque ſeſe effundentibus radicatur hæc elegantiſſima Filix. Ex fibrarum autem coalitu veluti è ceſpite quodam decem aut duodecim exoriuntur coſtæ, quinque pedes circiter altæ, dimidium digitum craſſæ, anterius ſulcatæ, poſterius rotundatæ, è viridi nigreſcentes, ac tandem omni hirſutie deſtitutæ.

Ramos alternos & prælongos utrinque proferunt ſingulæ in ramos alios breviores, ſed etiam alternos, diſpertitos; qui quidem ultimi rami coſtulas extendunt alternas, tenues, quatuor pollices circiter longas, in pinnulam cuſpidatam deſinentes, & pinnulis concinnatas alternis, acutiuſculis, & paulo rotunde dentatis. Pinnularum ampliores vix pollicis longitudinem, & duarum unciarum latitudinem obtinent. Singularum autem facies è viridi ſaturo ſed jucundo niteſcit; dorſum vero pulviſculo aureo omnino contegitur, minimis granulis & nigricantibus intermixto.

Plantam reperi in loco quodam qui dicitur, la Montagne Ronde, *apud inſulam Sandominicanam, ſecus iter meridionalis partis ad Leoganam.*

PLANCHE XXXIII.

Fougere dorée, rameuſe, & à dentelure ronde.

LA racine de cette belle Fougere eſt une groſſe touffe de pluſieurs fibres épaiſſes, noires, & diſperſées de tous coſtez ſous la terre. De ces fibres touffuës & ſemblables à une maniere de gazon, ſortent dix à douze coſtes épaiſſes comme la moitié du doigt, hautes de quatre à cinq pieds, canelées en devant, rondes par derriere, d'un vert noiraſtre, & entierement polies & nuës.

Chaque coſte pouſſe pluſieurs branches alternes, tres longues, & qui ſe partagent encore en d'autres placées de meſme maniere, plus courtes, & garnies en toute leur longueur de coſtes alternes, menuës, & dont les plus longues ont environ quatre pouces. Ces dernieres coſtes ſe terminent toutes par une pinnule pointuë & crenelée, & ſont garnies dans toute leur étenduë d'autres pinnules un peu pointuës, dentelées tant ſoit peu en rond. Les plus grandes ont environ deux lignes de large, & un peu moins d'un pouce de long; leur devant eſt tout à fait uni, & d'un vert foncé fort agreable, mais le dos eſt entierement couvert d'une poudre dorée tres fine, parmi laquelle on voit reluire une petite graine noire.

Je trouvay cette plante à la Montagne Ronde, quand on vient de la bande du Sud à Leogane dans l'iſle Saint Domingue.

PLANCHE XXXIV.

Fougere veluë, & ſalie par une petite pouſſiere jaunaſtre.

LA racine de cette Fougere eſt un tas de pluſieurs reſtes de coſtes pourries, & de pluſieurs fibres tres longues, & noires, & d'où ſortent dix ou douze coſtes preſque auſſi épaiſſes que le doigt, d'un vert fauve, ou comme tirant ſur la couleur de chaſtaigne, ſillonnées par devant, & anguleuſes ſur le dos par une nervure ronde: elles ont les deux coſtez garnis de pluſieurs rameaux alternes, longs de plus d'un pied, & épais comme la moitié d'une plume à écrire.

Chaque rameau produit auſſi des deux coſtez pluſieurs feuilles alternes, longues d'environ deux pouces & demi, pointuës à l'extrémité, larges d'un pouce à la baſe, & toutes découpées preſque juſques à la nervure qui les traverſe en long, par des pinnules contiguës, étroites, émouſſées, & toutes dentelées par des petites crenelures rondes. Toutes ces pinnules ont le devant uni, & d'un vert paſle, le dos velu, chargé de deux rangs de petits tubercules, & tout couvert d'une pouſſiere menuë, jaunaſtre, ce qui rend toute la plante comme ſalie.

Cette plante naiſt particulierement dans les foreſts humides. Je la trouvay dans l'iſle Saint Domingue.

TABULA XXXIV.

Filix hirſuta & luteſcente pulviſculo ſordeſcens.

EX multis putreſcentium coſtarum reliquiis, longiſſimis, & nigricantibus fibris ſtipatis, congeritur hujus Filicis radix; unde decem aut duodecim enaſcuntur coſtæ digitum fere craſſæ, è caſtaneo aut fuſco viresçentes, anterius ſulcatæ, poſterius vero nervulis rotundis prominentibus veluti anguloſæ, atque ad utrumque latus in ramos abeuntes alternos, paulo magis pedem longos, & dimidiam pennam anſerinam craſſos.

Singuli rami folia deferunt etiam alterna, duos pollices circiter longa, unum lata, acuminata, & fere uſque ad nervulum ipſa percurrentem, pinnulis anguſtis, obtuſis, & rotunde dentatis inciſa. Pinnularum autem pars anterior glabra, & è viridi pallens, poſterior vero villoſa, & præter tubercula duplici ſerie ordinata, pulviſculo luteſcente per totum obducta, unde veluti fit tota ſordeſcens planta.

Sylvas humidas ut plurimum amat hæc planta, quam reperi apud inſulam Sandominicanam.

PLANCHE XXXV.

Fougere rameuſe, à pinnules en bec.

LA racine de cette Fougere eſt toute cheveluë, & noire comme la pluſpart des autres eſpeces: elle produit dés le commencement un amas de pluſieurs coſtes ſeches, parmi leſquelles il en ſort ſept à huit autres, épaiſſes d'environ une ligne, rondes, unies, rouſſaſtres, hautes de trois à quatre pieds, & garnies de rameaux alternes.

Les plus longs de ces rameaux ont preſque un pied de longueur, & portent des feuilles alternes auſſi, pointuës, d'environ deux pouces de long, & de prés de ſix lignes de large: ces feuilles ſont découpées tout au tour juſ-

TABULA XXXV.

Filix ramoſa, pinnulis roſtratis.

HUic Filici radix ineſt ſicut & plurimis aliis Filicibus, capillacea, nigra & congeriem proferens coſtis emortuis compactam; unde ſeptem aut octo exoriuntur coſtæ ſemipennam anſerinam craſſæ, teretes, glabræ, ruffeſcentes, treſque aut quatuor pedes altæ, atque alternis ramis inſtructæ.

Rami autem longiores pedales fiunt, foliaque deferunt etiam alterna, duos pollices circiter longa, ſemipollicem lata; acuminata ac pinnulis in acutum roſtrum

desinentibus fere usque ad nervulum profunde crenata, desuper lævia & dilute viridia, subtus vero paulo saturiora, nervulis exasperata, ac tandem duplici tuberculorum pulverescentium & nigricantium, serie onerata.

Variis in locis plantam reperi apud insulam Sandominicanam.

ques bien prés de la nervure qui les traverse, par des pinnules larges de deux lignes, & terminées par une pointe en façon de bec; leur dessus est uni & d'un vert clair, aulieu que leur dessous est un peu plus foncé, sillonné par une petite nervure, & chargé d'un double rang de petites verrüës poudreuses & noires.

J'ay trouvé cette plante en plusieurs endroits de l'isle Saint Domingue.

TABULA XXXVI.

Filix ramosissima, Cicutæ foliis.

LAtissime at parum profunde serpit hujusce Filicis radix, digitum fere crassa, deforis nigricans, intus virescens, gustu adstringens, ramosa, ac plurimis radiculis fibrosis stipata.

Ex ipsa quinque aut sex elevantur costæ ipsi fere æquales, fere quinque pedales, teretes, multùm frangi faciles, è viridi pallentes aut fulvescentes, ac tandem in plurimos ramos alternos iterum atque iterum abeuntes, foliis decoratos etiam alternis, duos pollices & semis circiter longis, paulò magis unum pollicem ad basim latis, in summitate acuminatis, ac in pinnulas oblongas, foliorum Cicutæ nostratis fere modo, dentatas, usque ad costam fere dissectis.

Singulorum facies lævis seu omnino glabra existit ac sature virens, dorsum vero totum pallescit, tuberculaque defert nigricantia, quæ præ maturitate sese in pulverem minutissimum diffundentia, totam dorsi superficiem superinduunt, ipsamque omnino denigrant.

Hanc plantam per sylvas insulæ Sandominicanæ observavi ad radices cujusdam montis, quem nostri Venatores montem Musicæ nuncuparunt.

PLANCHE XXXVI.

Fougere tres rameuse, à feuilles de Ciguë.

LA racine de cette Fougere trace fort au large, quoyque fort peu avant dans la terre; elle est presque aussi épaisse que le doigt, rameuse, noire au dehors, verdastre en dedans, d'un goust adstringeant, & accompagnée de plusieurs petites racines fibreuses.

De cette racine s'élevent cinq à six costes aussi épaisses qu'elle, hautes de quatre à cinq pieds, lisses, rondes, aisées à rompre, d'un vert brun, & tirant tant soit peu sur le fauve: ces tiges poussent plusieurs rameaux alternes, menus, & divisez plusieurs fois en d'autres rameaux plus menus, & garnis de feuilles placées aussi alternativement, longues d'environ deux pouces & demy, un peu plus large d'un pouce à la base, pointuës à l'extrémité, & fenduës jusques à la nervure par des pinnules longuettes, & dentelées à peu prés comme les feuilles de nos Ciguës.

Ces feuilles ont leur exterieur tout uni & d'un vert foncé, & leur dos d'un vert passe, & chargé de quelques tubercules noiraſtres, qui venant à se resoudre en poussiere, couvrent entierement la feuille, & la rendent tout-à-fait noire.

Je trouvay cette plante dans les forests de l'isle Saint Domingue, au pied d'une montagne que les Boucaniers appellent la montagne de la Musique.

PLANCHE XXXVIII.

Grande eſpece de Fougere, non-rameuſe, & à pinnules rondes, non dentelées.

LA racine de cette Fougere eſt entierement compoſée de pluſieurs fibres longues, noiraſtres, & cheveluës : elle jette des coſtes d'un noir tanné, longues d'environ trois pieds, épaiſſes comme des plumes à écrire, rondes, mais ſillonnées en la partie de devant.

Ces coſtes commencent vers le tiers de leur hauteur à porter des feuilles oppoſées les unes aux autres, membraneuſes, d'un vert luiſant, & preſque ſemblables à des petites faux, entaillées à chaque coſté par une crenelure ronde.

Les plus grandes de toutes ces feuilles ont tout au plus ſix pouces de long, ſur un peu moins d'un pouce de large à la baze ; elles ſont ſoutenuës en toute leur longueur par une nervure noiraſtre, qui en diſtribuë à chaque crenelure un autre bien moindre, & accompagnée de part & d'autre d'une rangée de quelques tubercules d'un jaune de couleur d'or.

Je trouvay cette plante vers la Cabſterre de la Martinique.

Kari-beli-panna Maravara. Jardin de Malabar. Part. XII. Tab. XVII.

La Fougere maſle, ſemblable à la commune, à grandes pinnules unies & ſans dentelure de la Virginie, approche fort de celle-cy. *Almag. Bot. 151. & phytogr. Tab. 179. fig. 2.*

TABULA XXXVIII.

Filix non ramoſa, pinnulis rotundis, non dentatis, major.

E Fibris longiſſimis, nigricantibus, & capillatis tota hujuſce Filicis radix conſtituitur ; coſtas plurimas emittens pennam ſcriptoriam circiter craſſas, tres pedes altas, è nigro caſtaneas, teretes, ſed ſulco in longum anterius diffiſſas.

Ad tertiam circiter altitudinis partem ſingulæ incipiunt foliis inſtrui oppoſitis, pergamaceis, vivido virore nitentibus, falcemque acuminatam, & crenis rotundis exciſam referentibus.

Foliorum autem ampliora ſex pollices circiter ſunt longa, & paulo minus ad baſim pollicem lata ; ſingula nervulo nigricante poſterius ſuſtentantur, unde alii exiliores ad ſingulas crenarum ſummitates tendentes promanant, tuberculis ex auro luteſcentibus hinc inde ſtipati.

Ad partes Orientales inſulæ Martinicanæ plantam reperi.

Kari-beli-panna Maravara. Horti Malabarici. Part. xij. Tab. xvij.

Maxime huic accedit Filix mas vulgari ſimilis, pinnulis amplioribus planis, nec crenatis Virginiana. Almag. Bot. 151. & phytogr. Tab. 179. fig. 2.

PLANCHE XXXIX.

Fougere à petites épines fort molles.

LA racine de cette Fougere eſt un corps formé par quantité de groſſes fibres rameuſes, & noires, qui pouſſe de ſa teſte pluſieurs coſtes d'un gris vert, hautes de trois à quatre pieds, épaiſſes comme la moitié du doigt, cannelées en devant, & arrondies par derriere.

Dans toute l'eſtenduë preſque de chaque coſté ſont produites pluſieurs paires de rameaux menus ſituez aſſez prés les uns des

TABULA XXXIX.

Filix ſpinulis molliſſimis aculeata.

RAdix hujus Filicis innumeris craſſiuſculis, nigricantibus, ac ramoſis fibris compacta, coſtas emittit plurimas è viridi fuſcas, tres aut quatuor pedes altas, dimidium digitum fere craſſas, anterius ſulcatas, poſterius tandem convexas.

Singulæ per totam longitudinem plurimos proferunt ramos oppoſitos, tenues, ſatis ſibi invicem vicinos, pedem circiter

eſtroites à la baſe, & moins dentelée, du meſme Almag. Botan. 9. & Phytogr. Tab. 253. fig. 5. ne ſont pas la meſme Plante que celle que je viens de décrire, ce ſont pluſtoſt des eſpeces de Lonchite, comme on peut voir par les figures de Plukenet.

rius dentatis major. *Ejuſdem Pluk. Almag. Botan. 9. & Phytogr. Tab. 253. fig. 5. diverſæ ſunt Plantæ à ſuperius deſcripta, aſt potius Lonchitidis ſunt ſpecies, ut icones Pluken. conſideranti melius patebit.*

PLANCHE LXXVI.

Grand Polipode doré.

CE Polipode a la racine groſſe environ d'un pouce, & longue bien ſouvent d'un pied, ronde, noüeuſe, rameuſe, charnuë, verdaſtre en dedans, d'un gouſt aſtringent, & toute couverte de petites écailles dorées.

De cette racine il en ſort quelques feuilles d'environ un pied de longueur, ſur environ demi pied de large, laciniées profondément de meſme que noſtre Polipode commun, en pluſieurs parties de la largeur d'un pouce, & pointuës à l'extrémité : toutes ces feuilles ſont membraneuſes, unies, & d'un vert aſſez agreable; leurs pedicules ſont noirs, unis, & luiſants comme de l'Ebene polie, & forment en s'allongeant juſques au bout de la feuille ſa principale nervure, qui en diſtribuë une tout le long de chaque partie, dont le dos eſt chargé d'un double rang de verruës poudreuſes & dorées.

Cette plante eſt aſſez commune dans toutes les iſles de l'Amerique; on la trouve parculierement ſur les pieds des vieux arbres. Le *Caticaa ou Polipode* de G. Piſon liv. 4. Hiſt. natur. & med. ch. 54. 233. Edit. 1658. en approche fort ſi ce n'eſt pas le meſme, & cet Auteur aſſeure qu'il a beaucoup plus de vertu que le Polipode commun d'Europe, qu'il eſt inciſif, propre pour déboucher les obſtructions, & tres efficace pour purger la bile par les ſelles.

Fougere des Indes au port du Polipode, de Mentzelius rarior Plant. Pugil. Tab. 10.

Polipode fort élevé, de Sloane Cat. Plant. Jamaïc. 15.

Cet Auteur croit que la *Grande Fougere d'Afrique au port du Polipode* de Plukenet Almag. Botan. 153. & Phytogr. Tab. 179. fig. 1. eſt la meſme que celle dont je traitte, mais la racine fibrée, & les pedicules aiſlez

TABULA LXXVI.

Polypodium majus aureum.

RAdicem habet hoc Polypodium pollicem circiter craſſam, interdum pedem longam, teretem, nodoſam, ramoſam, intus carnoſam, virentem, & adſtringentem, deforis vero totam ſquamulis aureis obductam.

Ex ea quædam elevantur folia interdum pedem circiter longa, & fere ſemipedem lata, atque in amplas lacinias, ſeu partes diſſecta fere ſemipollicem latas, & in ſummitate acuminatas : ſingula autem folia membranacea ſunt, glabra & lætiſſime virentia, pediculoque pollent Ebeni elaborati inſtar nigro, lævi & ſplendente; cujus productio uſque ad ipſam folii ſummitatem ipſius nervum primarium efformat, unde alii nervuli ſinguli ad ſingulas deducuntur lacinias, gemina tuberculorum pulvereſcentium & aureorum ſerie poſterius onuſtatas.

Satis frequenter reperitur hæc Planta apud inſulas Americanas, circa vetuſtarum arborum caudices potiſſimum naſcens. Caticaa ſeu Polipodium G. *Piſonis lib. 4. Hiſt. natur. & med. cap. 54. 233. Edit. 1658. ipſi maxime accedit, niſi forte ſit ipſiſſima Planta; cujus vis ut aſſerit idem Piſo facile Europæum dignitate ſuperat, atque validum remedium eſt deobſtruens & incidens, bilemque abſtergendo purgans per alvum.*

Filix Indica Polypodii facie. *Mentz. rarior Plant. Pugil. Tab. 10.*

Polypodium altiſſimum. *Sloane, Catal. Plant. Jamaïc. 15.*

Exiſtimat autem ipſe Clariſſ. Sloane Filicem Africanam maximam Polypodii facie *Pluk. Almag. Bot. 153. & Phytogr. Tab. 179. fig. 1. eamdem eſſe Plantam ac Polypodium de quo in pra-*

ſenti, aſt radix fibrata, pediculique alati Plantæ Pluknetianæ fidem omnino non adſtruunt.

de la Plante qu'on voit dans Plukenet me font là-deſſus former quelque doute.

TABULA LXXVII.

Polypodium radice tenui, & repente.

RAdicem nanciſcitur hoc Polypodium duas fere uncias craſſam, teretem, nodoſam, longe lateque, aut ſuper ſaxa, aut ſuper vetuſtarum arborum caudices perreptantem, nigricante pulviſculo reſperſam, ac tandem ad ſingulos nodos ſeu geniculos fibris plurimis tenuiſſimis comatam.

Ex ea autem plurima exoriuntur folia magnitudinem, conſiſtentiam, ac formam foliorum Polypodii noſtratis fere imitantia, aſt prona parte ſquamulis & polline quodam aureis ut in aſplenio noſtrate penitus obducta, geminaque verrucularum ex auro nigricantium ſerie inſignita.

Plantam in inſula Sandominicana ſæpius adinveni.

Et eſt Polypodium minus pinnulis raris, ſubtus cineris *Sloane Cat. Plant. Jamaïc. 16.*

Cui etiam eſt Filix, ſeu Polypodium tenui-folium minus Virginianum. *Pluk. Almag. Botan. 153. & Phytogr. Tab. 89 fig. 9 mihi potius videtur,* Filix Polypodium dicta minima Jamaïcenſis, foliis averſa parte ferrugineo pulvere Aſplenii ritu circumquaque reſperſis *Almag. Bot. 153 & Phytogr. Tab. 289. fig. 1.*

PLANCHE LXXVII.

Polipode a racine menuë, & traçante.

LA racine de ce Polipode n'a pas plus de deux lignes de groſſeur, elle eſt ronde, noüeuſe, & trace fort au long par deſſus les rochers ou ſur les troncs des vieux arbres; elle eſt toute couverte d'une pouſſiere noiraſtre, & jette quantité de fibres cheveluës à l'endroit de ſes neuds.

Cette racine pouſſe en toute ſa longueur des feuilles tres-ſemblables à celles de noſtre Polipode commun, tant en grandeur, en figure, qu'en conſiſtence; excepté que leur dos eſt tout couvert d'écailles tres menuës, dorées, & d'une pouſſiere dorée auſſi, ainſi qu'on en voit ſur noſtre Ceterac, outre une double rangée de petites verruës d'un noir doré.

J'ay rencontré pluſieurs fois cette Plante dans les foreſts de l'iſle Saint Domingue.

C'eſt le *Petit Polipode à pinnules rares & cendrées par deſſous*, du Sr Sloane Cat. Plant. Jamaïc. 16.

C'eſt auſſi *la Fougere, ou le petit Polipode de la Virginie, à feuilles déliées* de Pluk. Almag. Botan. 153. & Phytog. Tab. 89. fig. 9. au ſentiment du meſme Sr Sloane. Je crois pluſtoſt que c'eſt *la tres petite Fougere de la Jamaïque, ditte Polipode, dont le dos des feuilles eſt couvert d'une pouſſiere rouillée à la maniere du Ceterac.* Almag. Bot. 153. & Phytog. Tab. 289. fig. 1.

TABULA LXXVIII.

Polypodium radice ſubcærulea, & punctata.

HUic Polypodio longiſſima ineſt radix pennam anſerinam craſſa, ramoſa, nodoſa; plurimiſque fibris longis & capillatis ſtipata; ejus ſubſtantia fere lignoſa eſt & inſipida, modice tamen ſuccoſa,

PLANCHE LXXVIII.

Polypode à racine bluaſtre, & pointuée.

LE Polipode a ſa racine extrément longue, épaiſſe comme une plume d'Oye, rameuſe, noüeuſe, & accompagnée de pluſieurs fibres longues & cheveluës; ſa ſubſtance eſt preſque ligneuſe, inſipide, & un peu

peu ſucculente, de couleur d'un gris tanné en dedans, d'un vert foncé en dehors, toute marquetée de petites taches noires, & entierement enduite d'une fleur ou coloris bluâtre, tel que celuy qu'on voit ordinairement ſur les Abricots, ou ſur les Prunes lorſqu'elles ſont fraiſchement cueillies.

Elle ne pouſſe jamais que deux à trois feuilles de meſme port & de meſme ſtructure que celles de nos Polipodes, mais preſque longues d'un pied & demi, larges de cinq à ſix pouces, & fenduës juſques à la nervure en bien plus de parties étroites, pointuës, un peu courbées en faulx, ondées tout au tour, & comme oreillées au coſté ſuperieur de la baſe: elles ont toutes le devant fort uni, d'un vert luiſant, & le dos tout veiné & chargé d'un double rang de petites verruës poudreuſes & noires: leur pedicule eſt un peu mince, rond, noir, uni, & comme articulé ſur une production de la racine meſme.

Je trouvay cette Plante ſur le Morne de la Calebaſſe à la Martinique.

intus è bætico furva, deforis vero obſcure virens, notulis nigris punctata, ac tandem efflorescentia quadam ſubcærulea, qualis ſuper armeniaca aut pruna recens decerpta, conſpicitur infuſa.

Folia tantum bina aut terna ex ea ut plurimum erumpunt, Polypodii noſtratis facie ac diviſura, aſt pedem & ſemis longa, & ſemipedem fere lata: in partes numeroſiores etiam fere uſque ad nervum diffinduntur, acuminatas, anguſtas, undulatas, fere falcatas, & ad ſupremum baſis latus veluti auriculatas: harum facies omnino glabra eſt & amæno virore nitescens, averſa vero pars tota venulis reticulata, verruculiſque pulverulentis, nigricantibus & bino ordine per totam longitudinem decurrentibus, donata: pediculo ſingula pollent tenui, glabro, rotundo, nigro, & ſuper apophyſim quamdam ipſius radicis veluti articulato.

Plantam reperi in monte de la Calebaſſe, *apud inſulam Martinicanam.*

PLANCHE LXXIX.

Polipode parſemé de petites écailles argentées.

CEtte eſpece de Polipode a ſa racine d'une longueur aſſez conſiderable, & qui trace ainſi que le Chien-dent à travers la mouſſe des rochers, ou des troncs des vieux arbres; elle pouſſe pluſieurs productions, & quantité de fibres cheveluës courtes & groſſes comme de la ficelle: elle croiſt entierement couverte d'écailles menuës, pointuës, & tannées, qui la rendent comme veluë: elle a ainſi que nos Polipodes vulgaires une ſubſtance charnuë, verdaſtre, & d'un gouſt aſtringeant & aſpre.

Cette racine ne produit jamais que trois ou quatre pedicules ronds, d'un vert luiſant d'environ deux pieds de longueur, épais preſque de deux lignes, & tous parſemés de petites écailles rondes; chaque pedicule eſt garni depuis le tiers de ſa hauteur, des feuilles ou aiſlerons alternes, ſeparez entiere-

TABULA LXXIX.

Polypodium ſquamulis argenteis reſperſum.

RAdix hujus Polypodii prælonga eſt, calamo ſcriptorio fere æqualis, perque muſcoſos arborum vetuſtarum cortices, aut ſaxorum ceſpites longe lateque perreptans; in ea plurimi ſeſe provehunt proceſſus, ſeu apophyſes, plurimæque fibræ filo craſſiori ſimiles, ſed breves & capillatæ: tota ſquamulis contegitur acutiſſimis, bæticis & anguſtiſſimis, unde omnino villoſa apparet: ſubſtantia ejus ſicut in Polypodio vulgari, carnoſa & vireſcens, guſtuque aſpero, & adſtringente.

Tres aut quatuor ut plurimum ex ea elevantur pediculi, duos pedes alti, duas uncias craſſi, rotundi, virentes, ſplendidi, ſquamuliſque omnino conſperſi orbicularibus: ipſis autem à tertia altitudinis parte folia ſeu pinnæ adnaſcuntur alternæ, omnino ab invicem ſeparatæ,

exceptis duntaxat ſuperioribus quæ continuo membranæ communis ductu ut in omnibus Polypodiis uniuntur.

Pinnarum vero ampliores quatuor pollices circiter ſunt longæ, & quatuor aut quinque uncias latæ; ſingulæ Lonchitidum ritu ad baſim auriculantur, in acumen deſinunt fere obtuſum; ſuperius omnino denudantur, poliuntur, viroreque grato ſplendeſcunt; inferius vero innumeris ſquamulis ex argento umbroſo fulgentibus, piloque tenuiſſimo circa centrum erecto præditis, penitus perfunduntur, ac tandem duplici verrucularum pulvereſcentium, & è caſtaneo ruffeſcentium ſerie onerantur.

Plantam juxta vallem quamdam non longe à flumine vulgo la Grande Riviere, *ad partes Leoganæ inſulæ Sandominicanæ collegi.*

ment les uns des autres, excepté ſeulement à l'extrémité où ils ſe joignent, ainſi que dans tous les Polipodes vulgaires par une membrane commune.

Les plus grands de ces aiſlerons ont environ quatre pouces de long, ſur quatre à cinq lignes de large: leur baſe eſt preſque oreillée comme les feuilles des Lonchites, & finiſſent tous par une pointe preſque émouſſée: leur deſſus eſt entierement nud, uni & vert luiſant, au lieu que le deſſous eſt tout parſemé de quantité de petites écailles de couleur d'argent ombré, & garnies chacune à leur centre d'un petit poil: enfin ils ſont tous auſſi chargez d'une double rangée de petites verruës poudreuſes & de couleur de Chaſtaigne.

Je cueillis cette Plante le long d'un vallon proche la Grande Riviere du quartier de Leogane, dans l'iſle Saint Domingue.

TABULA LXXX.

Polypodium Glycyrrhizæ ſapore.

RAdicem ſortitur hoc Polypodium longiſſimam etiam, innumeris fibrillis juxta caudices arborum, Hederarum inſtar ſeſe affigentem & ſcandentem: digitum fere craſſa eſt, ampliſque umbilicis concavis nodoſa, muſco tota inſcruſtata, verruculiſque plurimis inſuper aſperata; ejus ſubſtantia Polypodii vulgaris eſt, aſt ut Glycyrrhizæ noſtratis radix, dulcis ſaporis.

Ex ipſius autem ſummitate tota villoſa tria ad ſummum ſeſe exerunt folia bipedalis altitudinis pediculique in coſtam ſeu nervum deinde ſe provehentis: qui quidem pediculus è bætico nigreſcens, teres equidem eſt, ſed anterius canaliculo ſulcatus, atque ad exortum ſuum ubi intumeſcens, umbilico ceu baſi cuidam articulatus.

Singula autem folia in partes profundiſſime diſſecantur alternas, falcis acuminatæ, ad totum marginem undoſæ, ad

PLANCHE LXXX.

Polipode à ſaveur de Regliſſe.

LA racine de ce Polipode eſt auſſi extrémement longue, & monte tout le long des arbres, auſquels elle s'attache ainſi que nos Lierres à l'aide d'une infinité de fibres menuës comme cheveux: elle a un bon doigt d'épaiſſeur, & eſt toute relevée par quantité de gros nœuds en maniere de nombrils creuſez comme des écuelles, & eſt auſſi toute couverte de mouſſe & parſemée de pluſieurs petites verruës; ſa ſubſtance ne differe en rien de celle de nos Polipodes, excepté qu'elle eſt d'une ſaveur ſemblable à celle de noſtre Regliſſe ordinaire.

La teſte de cette racine eſt toute veluë, & pouſſe tout au plus trois feuilles, longues d'environ deux pieds, & ſouſtenuës par des pedicules qui s'alongeant deviennent une coſte ou nervure qui regne tout du long: or ce pedicule eſt d'un noir chaſtain, rond veritablement, mais canelé ſur le devant, gonflé en ſa naiſſance, & joint ſur un nombril comme ſur une maniere de baſe.

Chaque feuille eſt toute découpée preſque juſques à la nervure en pluſieurs parties alternes, ſemblables à des faulx pointuës,

ondées tout au tour, longues de plus de quatre pouces, & comme oreillées à la baſe: leur ſubſtance eſt membraneuſe, mince, unie, & d'un vert foncé ſur le devant, mais traverſée en ſa longueur par une petite nervure de meſme couleur que les pedicules, & qui diſtribuë de chaque coſté pluſieurs petites branches fourchées, dont l'inferieure ſe termine toûjours par une petite boule formée par quantité de petites veſſies dorées.

On trouve cette Plante ſur le Morne de la Calebaſſe, à la Martinique.

baſim veluti auriculatæ, & fere quinque pollicaris longitudinis forma: quarum ſubſtantia membranacea eſt & ſubtilis, anterius ſature virescens & glabra, poſterius vero coſtula ſeu nervulo pediculi concoloris ſuſtentata, unde ramuli plurimi circumquaque prodeunt ſeſe bifurcantes, inferiori ramulo ſemper ad globuſculum veſicularum ex auro fulveſcentium pertingente.

Reperitur hæc Planta in vertice montis de la Calebaſſe, *apud inſulam Martinicanam.*

PLANCHE LXXXI.

Polipode brun, & dentelé fort menu.

CEtte Plante n'a pas la racine fort épaiſſe, mais longue, noiraſtre, & toute garnie de quantité de petites fibres rameuſes; elle pouſſe en toute ſa longueur pluſieurs feuilles taillées de meſme que celles de nos Polipodes, mais beaucoup plus longues & toutes découpées juſques tout proche de la nervure en parties un peu plus étroites que dans ces meſmes polipodes, & toutes dentelées en façon d'une petite ſcie.

Toutes ces feuilles ſont membraneuſes & minces, d'un vert paſle par deſſus, mais brunes par deſſous & traverſées en toute la longueur de chaque partie par une coſte menuë, qui en diſtribuë de chaque coſté pluſieurs autres bien plus déliées & partagées en deux branches.

Je n'ay jamais peu découvrir ſi ces feuilles ont porté déja des ſemences, mais je ſçay pour certain que de l'extrémité de la racine meſme, il en ſort toûjours une particuliere un peu plus petite que toutes les autres & ſans aucune dentelure, & dont le dos eſt d'abord comme chagriné & de couleur de Chaſtaigne, & enſuite tout couvert d'une pouſſiere tres fine & de meſme couleur.

Je trouvay cette Plante dans les foreſts de l'iſle Saint Domingue, en venant de la bande du Sud au Grand Cul-de-ſac, proche un endroit que les Boucaniers appellent le fond épineux.

TABULA LXXXI.

Polypodium fuſcum, tenuiſſimis denticulis ſerratum.

NOn multum equidem craſſa eſt hujus Polypodii radix, ſed longa teres, nigricans, multiſque fibris ramoſis ſtipata; plurima per totam longitudinem producit folia Polypodii vulgaris noſtratis inſtar diſſecta, multo tamen longiora & uſque ad ipſum nervum in partes exciſa anguſtiores, ac minutis denticulis elegantiſſime ſerratas.

Singula autem hæc folia membranacea ſunt & tenuia, ſupine è viridi pallentia, prone vero lurido virore donata, & coſtulis minimis ac geminis è longitudinali nervulo procedentibus leviter corrugata.

Utrum jam folia hæc ſemen aliquod protulerint, nullatenus mihi fuit compertum, illud tamen ſcio, peculiare ſcilicet & ipſum unicum folium è capite ipſius radicis erigi cæteris paulo minus, nullis denticulis exciſum, ſed ad totam dorſi ſuperficiem prius è caſtaneo Zegrini inſtar granulatum, dein vero pulviſculo minutiſſimo ejuſdem coloris, incruſtatum iri.

Per ſylvas inſulæ Sandominicanæ Plantam reperi, juxta locum quemdam quem Venatores fundum ſpinoſum vocant, cum à regione Auſtrali tenditur ad maximum ſinum.

TABULA LXXXII.

Polypodium criſpum, Struthionis pennam referens.

RAdicem ſortitur hæc Polypodii ſpecies, Polypodii vulgaris radice exiliorem quidem, ſed multo longiorem, multoque ramis quos profert, diffuſiorem; paulo durior etiam eſt, intus ex albo viresçens, deforis vero è ruſſo pulverescens, nodulis veluti geniculata, fibrilliſque ſtipata, ac tandem adſtringenti, ſubdulcique ſapore pollens.

Ramorum ipſius quælibet ſummitas unicum producit folium, pedem circiter longum, & quinque pollices latum, Polypodiorum vulgarium foliis conſiſtentia prorſus affine, eo tamen diſſectum modo ut optime pennam Struthionis primo aſpectu ob oculos repræſentet, cùm in pinnulas, ſeu lacinias longas, anguſtiſſimas, obtuſas & criſpatas, fere ad nervum uſque exſcindatur.

Semen non per verruculas, ut fere in omnibus Polypodiis, dorſo pinnularum ſubeſt, aſt ſingulæ verrucularum loco, cingulo veſicularum tenuiſſimo & è nigro fulveſcente non minima amœnitate cinguntur.

Plantam reperi ſecus vallem quamdam loci quem vulgo le fond de Baudin *nominant, verſus Leoganam inſulæ Sandominicanæ.*

PLANCHE LXXXII.

Polipode creſpu, & ſemblable à une plume d'Auſtruche.

SI la racine de ce Polipode paroiſt un peu plus menuë que celle du Polipode commun, elle eſt auſſi beaucoup plus longue, plus étenduë par pluſieurs branches qu'elle pouſſe, & meſme un peu plus dure, toute garnie de nœuds, & accompagnée de petites fibres, d'un vert blanchaſtre au dedans, & toute couverte en dehors d'une petite pouſſiere rouſſaſtre, d'un gouſt fort aſtringent & meſlé cependant d'une ſaveur tant ſoit peu douce.

Chaque extrémité de ſes branches pouſſe une ſeule feuille longue de prés d'un pied, & large d'environ cinq pouces, de meſme conſiſtence que celles du Polipode ordinaire, mais pourtant découpée de telle maniere qu'elle ne reſſemble pas mal aux plumes des Auſtruches, étant fenduë juſques bien prés de la nervure par des pinnules fort eſtroites, ondées, & comme creſpuës tout à l'entour, & émouſſées à la pointe.

Ces pinnules n'ont point le dos chargé de ces petits tas de pouſſiere qu'on voit ſur la pluſpart des Polipodes, mais elles ont en leur place tout le contour bordé d'un petit cordon noiraſtre tirant tant ſoit peu ſur le roux, & qui leur donne un port tout à fait agreable.

Je trouvay cette Plante le long d'un vallon, proche un endroit qu'on appelle *le fond de Baudin*, vers le quartier de Leogane dans l'iſle Saint Domingue.

TABULA LXXXIII.

Polypodium nigrum, tenuius ſectum.

HUjus Polypodii radix radicem Polypodii vulgaris quam proxime æmulatur, carnoſa namque ſimiliter eſt, digitum longa, digitumque craſſa, ſed nigra, capillata, acetabuliſque prius pediculorum fundamentis bina ſerie diſpoſitis, umbilicata.

Ex ipſius autem extremo capite tria

PLANCHE LXXXIII.

Polipode noir, découpé menu.

LA racine de ce Polipode reſſemble fort à celle de noſtre Polipode commun, eſtant charnuë de meſme, longue & groſſe comme le doigt, mais noire, cheveluë & relevée d'une double rangée de quelques tubercules creuſez en nombril, auparavant la baſe des vieux pedicules.

A ſon extremité naiſſent toûjours trois

ou

ou quatre feuilles, longues environ de deux pieds, larges d'un peu plus de deux pouces, & toutes découpées juſques à la nervure par des pinnules ou parties alternes, larges environ de trois lignes, & toutes à pointes preſque émouſſées : chaque feuille eſt entierement unie, mince comme du velin, d'un vert foncé par tout, & chargée par deſſus le dos de chaque pinnule d'un double rang de petites verruës poudreuſes & noiraſtres : leurs pedicules, qui ne ſont pas trop épais, paroiſſent ronds, unis, & noirs, un peu tumefiez au commencement, & comme articulez chacun ſur un tubercule, qui reſte enſuite comme un petit nombril, aprés que la feuille eſt paſſée.

Cette Plante eſt aſſez commune à la Martinique, où on la trouve particulierement le long des chemins & des hayes, le Sr Sloane la nomme dans ſon Catalogue des Plantes de la Jamaïque 16. *Petite Lonchite à pinnules étroites, ſerrées minces & d'un vert foncé.* Le Sr Plukenet l'a auſſi appellée, *Fougere ou Lonchite de la Jamaïque à feuilles de Polipode, & à pedicules noirs.* Almag. Bot. 152.

aut quatuor eriguntur folia, duos pedes circiter alta, paulo magis quam duos pollices lata, atque utrinque in pinnulas uſque ad ipſum fere nervum diſſecta, tres uncias circiter latas, ac fere obtuſe cuſpidatas. Singula glabra ſunt & membranacea, obſcure virentia, & in omnium fere pinnularum dorſo duplicem tuberculorum pulvereſcentium, & nigricantium ſeriem gerentia: ipſorum tandem pediculi paulo exiles ſunt & rotundi, lævigati, & nigri, ad initium tumidi, ac veluti articulatione inſerti cuidam tuberculo elapſis foliis in umbilicum prominenti.

Frequens circa vias ac ſepes naſcitur hæc Planta apud inſulam Martinicanam, & eſt Lonchitis minor, pinnulis anguſtis, crebris, tenuibus, atrovirentibus. *Sloane Catal. Plant. Jamaïc. 16. Eſt etiam* Filix ſeu Lonchitis Jamaïcenſis Polypodii folio, pediculis nigris. *Pluk. Almag. Bot. 152.*

PLANCHE LXXXIV.

Polipode rude & dentelé.

LA racine de ce Polipode eſt compoſée de pluſieurs fibres noires, longues, rameuſes, & groſſes comme de la ficelle : ſa teſte pouſſe cinq ou ſix feuilles, longues d'environ deux pieds, à pedicules noirs, & d'une conſiſtence fort freſle, rude au manier, & comme ternie par une couleur d'un vert-morne.

Les parties dont chaque feuille eſt découpée ſont diſpoſées en maniere de dents de peigne aſſez écartées les unes des autres & ſe regardans alternativement : celles du milieu ont environ deux pouces de long, ſur environ demi pouce de large ; les parties d'en bas ſont tres courtes, & rendent cet endroit qui approche le plus des racines tres ſemblable à nos Ceteracs, ou à la découpure des feuilles de cette Plante que Bauhin appelle *Limonium eſtranger à feuilles de Ceterac. Pin. 192.* Enfin les unes & les autres ſe terminent en pointe, & ont le contour crenelé

TABULA LXXXIV.

Polypodium aſperum & dentatum.

RAdicem obtinet hoc Polypodium è fibris conſtantem nigris, longis, craſſiuſculis & ramoſis : ex cujus capite quinque aut ſex enaſcuntur folia pediculo nigro pollentia, fere bipedalia, fragilia, tactu aſpera, ac triſte quiddam vireſcentia.

Partes in quas ſingula diffinduntur, ſatis ab invicem ſeparantur, ſeſeque dentium pectinis inſtar, ſed alterno ſitu reſpiciunt : ipſarum autem mediæ bipollicarem habent longitudinem, ſexuncialemque latitudinem ; inferiores ut pote breviſſimæ, Aſplenio vulgari, *aut* Limonio illi peregrino foliis Aſplenii C B. Pin. 192. *locum radicibus viciniorem, prorſus ſimilem efformant : ſingulæ tan-*

dem acuminatæ ſunt, per totum circuitum crenulis acutis dentatæ, ac poſterius duplicem verrucularum nigricantium ordinem deferentes.

Plantam copioſe provenientem vidi per valles quaſdam umbroſas, cùm à plaga Auſtrali inſulæ Sandominicanæ, tenditur ad Leoganam.

par des dentelures pointuës, & le dos chargé d'un double rang de verruës d'un gris noiraſtre.

J'ay veu cette Plante en pluſieurs endroits, & toûjours le long des vallons ſombres, en venant de la bande du Sud à Leogane dans l'iſle Saint Domingue.

TABULA LXXXV.

Polypodium tenuius & undoſum.

RAdix hujus Polypodii quatuor aut quinque pollices longa eſt, auricularem digitum craſſa, tota villis brevibus & ruſſis obſita, fibriſque filo craſſiori ſimilibus, tortuoſis & nigricantibus ſtipata: ſuper carnoſa eſt, è viridi flava, fibrillis duris in longum trajecta, guſtuque aſpero, ſed ſubdulci donata.

Ex ipſius tota longitudine folia quædam exſurgunt, pedalis circiter altitudinis & bipollicaris latitudinis, pediculis pollentia glabris, lucidis ſed luridæ viriditatis, partes habentia ſatis ab invicem diſtantes, majorique ex parte omnino ſeparatas, ſuperiores ſi excipias, quas membrana communis, Polypodiorum vulgarium ritu connectit.

Singulæ illæ partes alterno procedunt ſitu, falculaſque ſatis referunt obtuſas, per totum circuitum undulatas, ac circiter duas uncias, latas: anterius læves ſunt & dilute virentes, poſterius vero paulo ſaturiores, & nervulo nigricante ſuſtentatæ, binâ tandem verrucarum etiam nigricantium ſerie onuſtatæ.

Plantam ſecus fluviolum loci le Petit Goive *dicti, inveni, in inſula Sandominicana.*

PLANCHE LXXXV.

Polipode mince, & ondé.

LA racine de ce Polipode n'eſt pas plus groſſe que le petit doigt, & longue de quatre à cinq pouces ; elle eſt entierement couverte d'un petit poil doré, & accompagnée de quelques fibres tortuës, noiraſtres, & ſemblables à du gros fil : elle eſt charnuë, & d'un vert jaune, d'un gouſt aſpre, mais pourtant un peu doux, & traverſée en long par de petites fibres dures.

Tout le long de cette racine naiſſent quelques feuilles, hautes d'environ un pied, larges à peu prés de deux pouces, & dont les pedicules ſont unis, luiſants, & d'un vert tirant ſur le gris : toutes ces feuilles ont leurs parties un peu écartées les unes des autres, & la pluſpart entierement ſeparées & ſans aucune communication, excepté les ſuperieures qui ſont toutes jointes par une membrane commune, ainſi qu'aux autres Polipodes.

Toutes ces parties naiſſent alternativement, & reſſemblent aſſez à de petites faulx émouſſées, ondées tout au tour, & larges d'environ deux lignes : elles ont le devant uni, d'un vert aſſez clair, & leur dos un peu plus foncé eſt traverſé en long par une petite nervure noire, & chargé d'une double rangée de petits tubercules d'une meſme couleur.

Je trouvay cette Plante le long d'un ruiſſeau proche le Petit Goive de l'iſle Saint Domingue.

PLANCHE LXXXVI.

Polipode frisé, & à calices.

LA racine de ce Polipode paroiſt veritablement plus menuë que celle de nos Polipodes communs, elle croiſt auſſi bien plus dure & plus longue: elle eſt noire, garnie de pluſieurs longues fibres cheveluës, & relevée par quelques reſtes de vieux pedicules conſommez par la pourriture: elle pouſſe de ſa teſte quatre ou cinq feuilles égales & ſemblables en leur ſtructure & en leur découpure à celles de nos Polipodes, il eſt vray qu'elles ſont beaucoup plus délicates, d'un vert beaucoup plus agreable, & paroiſſent comme friſées tout au tour de leurs parties par une pliſſure ondée & en maniere d'une dentelure ronde.

Les veſicules ſeminales ne ſont pas attachées par tubercules ſur le dos de ces parties comme dans les autres Polipodes ordinaires, mais elles ſont enfermées à l'extrémité de ces meſmes parties dans trois ou quatre petits gobelets dentelez fort délicatement, où elles ſont comme ſcellées par un petit couvercle membraneux, au centre duquel il y a un petit poil noir, délié, & long d'environ une ligne.

Je trouvay ce Polipode ſur le Morne de la Calebaſſe à la Martinique.

TABULA LXXXVI.

Polypodium criſpum, caliciferum.

RAdix hujus Polypodii Polypodiorum noſtratum radicibus paulo equidem exilior, at longior, duriorque exiſtit, nigra, fibris capillatis donata, reliquiſque pediculorum putredine conſumptorum inſculpta, & è capite ſuo folia quatuor aut quinque producens, Polypodiorum vulgarium foliis ſatis ſimilia, ſimiliter ſcilicet in partes profunde inciſa, ſed delicatiora, lætius virentia, & ad ſingularum partium margines plicis quibuſdam veluti totidem denticulis rotundis criſpata.

Veſiculæ autem ſeminales non tuberculatim, ut in cæteris Polypodiis ſuper pronam partium ſuperficiem proveniunt, ſed intra caliculos tres aut quatuor, in ipſarum partium ſummitatibus excavatos, ſubtilique ſerratura veluti fimbriatos continentur, operculo quodam membranaceo, pilumque ſubtiliſſimum, nigrum & unciale in ſuo centro, gerente, veluti obſignatæ.

Supra montem de la Calebaſſe *inſulæ Martinicanæ Plantam adinveni.*

PLANCHE LXXXVII.

Polipode penchant, & uni.

CEtte Plante croiſt particulierement ſur le tronc des vieux arbres, dans les fentes deſquels elle pouſſe des racines menuës comme des cheveux, & de l'aſſemblage deſquelles naiſſent quelques feuilles, dont les pedicules trop foibles ne leur permettant pas de ſe tenir droites, elles inclinent en bas.

Chaque feuille a preſque un pied de longueur, ſur à peu prés un pouce de large: elles ſont toutes découpées, en ſorte que chaque partie repreſente fort bien le profil du devant d'un ſoulier, ou d'un avant pied; la pointe eſtant émouſſée, le bord

TABULA LXXXVII.

Polypodium pendulum & glabrum.

INtra rimas arborum vetuſtarum radiculas ſuas potiſſimum agit hoc Polypodium, capillaceas, foliaque quædam ex communi concurſu demittentes, quorum pediculi nimium exiles & debiles, ipſa in altum erigi non ſinunt, ſed apices ſuos ad terram inclinare compellunt.

Quodlibet autem folium pedalem obtinet longitudinem, ac fere pollicarem latitudinem: ſingula in ſegmenta talia exſcinduntur, ut quodlibet partis anterioris calcei aut metatarſi ortographiam perbelle repræſentet, obtuſo nempe cacumine, mar-

gine terram ſpectante, convexo; ad radicem vero vergente cymatium quadri cujuſdam tabellarii exprimente.

Pediculi ipſorum è viridi nigricant, nervulumque ad quemlibet partium apicem in dorſo diſpertiuntur, quinque aut ſex verruculis nigricantibus circa ipſum apicem ſtipatum: ſingula tandem undique lævigantur, ſaturius tamen anterius quam poſterius vireſcunt.

Plantam reperi in monte de la Calebaſſe, *ab Orientali ad Occidentalem inſulæ Martinicanæ plagam deſcendendo.*

qui regarde le bout de la feuille tant ſoit peu convexe, & celuy qui regarde vers la racine, taillé comme en talon ou doucine de quelque bordure.

Leurs pedicules ſont d'un vert noiraſtre, & diſtribuent ſur le dos juſques au bout de chaque partie une petite nervure accompagnée vers l'extrémité de cinq ou ſix petites verruës noiraſtres: enfin ces feuilles ſont entierement unies de chaque coſté, & d'un vert beaucoup plus foncé devant que derriere.

Je trouvay cette Plante ſur le Morne de la Calebaſſe, quand on deſcend pour venir à la Baſſeterre de la Martinique.

TABULA LXXXVII.

Polypodium aliud pendulum minimum.

FOliorum anguſtia hæc ſpecies à præcedenti ſolummodo differt, cum vix biuncialem habeant latitudinem: ipſam ſed rarius in eodem loco animadverti.

PLANCHE LXXXVII.

Autre Polipode penchant, tres petit.

CEtte eſpece ne differe de la precedente que par le reſtreſſiſſement de ſes feuilles qui n'ont tout au plus que deux lignes de large: je l'ay auſſi trouvée dans le meſme endroit, mais un peu plus rarement.

TABULA LXXXVIII.

Polypodium pendulum, hirſutie ruffa pubeſcens.

RAdicem ſortitur hæc Planta è tenuiſſimis, nigris, ramoſis, & inter alias fibrillas exiliores, breviores & adunatas exorientibus filamentis conſtructam, ac cortices arborum penetrantem; unde quinque aut ſex naſcuntur folia propter pediculorum debilitatem verſus humum propendentia, ac juxta caudices arborum reclinata.

E membranâ tenuiſſimâ ſingula conſtant, pedalem longitudinem & ſeſqui pollicarem latitudinem obtinentia: in profundiſſimas alternaſque diffinduntur partes, ad baſim tres uncias circiter latas, per totum circuitum undulatas, ac metatarſi formam etiam imitantes, paulatim ſcilicet in obtuſum acumen deſinentes: anterius omnino denudantur, lævigantur & lætiſſime virent, poſterius verò

PLANCHE LXXXVIII.

Polipode penchant, & velouté de roux.

CEtte Plante a ſa racine compoſée de filamens menus, noirs, rameux, entremeſlez d'une petite touffe de fibres plus courtes, plus menuës, & s'étendant à travers l'écorce des arbres: de cette racine ſortent cinq à ſix feuilles, qui ne pouvant ſe ſoutenir par la foibleſſe de leurs pedicules, tournent leurs pointes vers la terre, & s'appuyent contre les arbres.

Toutes ces feuilles ſont d'une membrane fort déliée, elles ont environ un pied de longueur, ſur prés d'un pouce & demi de large, & ſont toutes découpées juſques bien prés de la nervure par des parties alternes, larges de prés de trois lignes à la baſe, ondées tout à l'entour, formans auſſi comme un avant-pied, en ſe reſtreſſiſſant peu à peu & finiſſant en pointe émouſſée: elles ont le devant tout-à-fait uni, nud, & d'un tres beau vert; mais leur

leur dos eſt velouté de roux, & garni d'une double rangée de petites verruës noires.

Je trouvay cette Plante dans le meſme endroit que les deux precedentes.

hirſutie ruffa penitus pubeſcunt, inſuperque gemina acervulorum pulverescentium & nigricantium ſerie inſtruuntur.

Plantam eodem in monte ac binas præcedentes reperi.

PLANCHE LXXXIX.

Polipode penchant & délié.

CE Polipode a la racine tres longue, fort mince, & accompagnée de pluſieurs petites fibres rameuſes ; elle eſt toute couverte d'un petit poil ras d'un noir rouſſaſtre, & rampe bien au long parmi la mouſſe des vieux arbres : on voit pendre dans toute ſon eſtenduë, des feuilles qu'on prendroit d'abord pour une rangée de plumes, à cauſe que leurs découpures ſont fort profondes & eſtroites, & qu'elles ont fort peu de largeur, & ſe reſtreſſiſſent par les deux bouts, à peu prés comme les plumes à écrire.

Les pedicules de toutes ces feuilles ſont auſſi minces que la racine qui les produit, ils ſont velus auſſi, de meſme que la principale nervure qu'ils forment tout le long de la feuille, dont la conſiſtence eſt membraneuſe, fort déliée, unie, & d'un vert aſſez agreable : chaque feuille n'a pas plus de dix pouces de long, ſur prés de deux pouces de large, & ce vers le milieu ayant les deux extrémitez pointuë, & chaque coſté découpé aſſez profondément par des languettes étroites, émouſſées, & toutes le dos chargé de deux rangées de petites verruës noires.

Cette Plante eſt aſſez rare ; je ne l'ay veuë qu'une ſeule fois dans les bois du Morne de la Calebaſſe à la Martinique.

TABULA LXXXIX.

Polypodium tenue & pendulum.

LOngiſſimâ, tenuiſſimâ, fibrillis ramoſis ſtipatâ, totâque pilis breviſſimis, & è nigro ruffeſcentibus villoſâ radice pollet hoc Polypodium ; quæ etiam longe lateque intra muſcoſos arborum cortices perreptans, folia identidem per totam longitudinem demittit, pendulas pennas aprime referentia, nempe in partes anguſtas profunde diſſecta, parum lata, ac in utramque ſummitatem pennarum ſcriptoriarum fere in modum anguſtata.

Singulorum pediculi ejuſdem ſunt tenuitatis ac radix, villoſi etiam, nervulumque longitudinalem foliorum efficientes villoſum, quæ quidem folia membranacea ſunt & tenuia, grato virore inſignia, decem pollices circiter longa, & duos pollices ubi latiſſima, circa ſcilicet mediam longitudinem lata ; cum deinceps ad utramque extremitatem anguſtentur & acuminentur ; eorum tandem latera in lingulas ſatis profunde laciniantur, anguſtas, obtuſas, & prona parte, duplici verrucularum minutiſſimarum atque nigricantium ſerie punctatas.

Rara eſt Planta, mihi ſemel tantum contigit eam reperire per ſylvas montis de la Calebaſſe, *apud inſulam Martinicanam.*

PLANCHE XC.

Polipode à pinnules pointuës & roides.

CEtte eſpece de Polipode a la racine fort longue, aſſez groſſe, & attachée contre le tronc des arbres par quantité de petites fibres à la maniere de nos Lierres ; elle a le dehors tout couvert d'une mouſſe couleur

TABULA XC.

Polypodium rigidis & acuminatis pinnulis.

RAdix ineſt huic Polypodio longa, craſſa, fibrilliſque plurimis Hederarum noſtratum ritu ad truncos arborum alligata ; exterius tota muſco ruffeſcente obducitur, & umbilicalibus mammulis

ſquamatur: interius carnoſa eſt & albicans, fibriſque latis, duris & nigris tranſfoſſa, ac tandem verſus ſummitatem plurima emittens folia tres pedes circiter longa, paulo minus pedem lata, & in pinnulas Polypodiorum vulgarium modo, ſatis profunde diſſecta, membranaceas, rigidas, falcatas atque acuminatas.

de Chaſtaigne, & comme écaillé par pluſieurs mammelons en nombril: ſa conſiſtence interieure eſt blanche & charnuë, & traverſée en toute ſa longueur par de groſſes fibres larges, dures, & noires: ſon extrémité pouſſe quantité de feuilles longues d'environ trois pieds, larges de neuf à dix pouces, & découpées fort profondément de chaque coſté à la façon de nos Polipodes par des pinnules ſemblables à des faulx étroites, pointuës, & d'une conſiſtence membraneuſe, mais roide.

Singula pediculo pollent pennam ſcriptoriam craſſo, etiam rigido, nigro, lævigato, terete, at ſulculo unico anterius exarato: qui tandem productione ſua nervulum folii primarium efformat, unde alii ſed minores ad ſingulas pinnulas extenduntur, exiliores deinceps nervulos ad ſingula pinnularum latera effundentes, alios ſimplices, alios vero geminatos, & omnes punctulo nigro in ipſa pinnulæ ora inſculpto, terminatos.

Le pedicule de chaque feuille n'eſt pas plus gros qu'une plume à écrire; il eſt auſſi fort roide, noir, uni, tout-à-fait rond, mais ſillonné ſur le devant. Ce pedicule en s'allongeant forme la principale nervure, qui en diſtribuë le long de chaque pinnule d'autres un peu plus menuës, & deſquelles auſſi en naiſſent à chaque coſté d'autres encore plus minces, les unes ſimples, & les autres doubles, & toutes terminées par un petit point noir, gravé ſur le bord de la pinnule meſme.

Semina nullatenus hæc folia proferunt, inter ipſorum vero pediculos & ex ipſa radicis ſummitate pediculus ſingularis elevatur ipſis omnino ſimilis & æqualis, aſt per totam longitudinem pinnulis alternis, & ſatis ab invicem ſeparatis inſtructus; quæ quidem pinnulæ veruculis peracutis prius ſimiles, tandem in longum dehiſcentes paulatimque ſeſe in latum explicantes, totidem efformant falculas anguſtas & acutiſſimas, minutiſſimis & nigerrimis veſiculis poſterius penitus incruſtatas.

Ces feuilles ne portent jamais de ſemence, mais parmi elles, & à l'extrémité meſme de la racine s'éleve un pedicule tout particulier ſemblable aux autres, tant en groſſeur, en longueur, qu'en couleur, & en forme, excepté que dans toute ſa longueur, il eſt garni de pluſieurs pinnules alternes, aſſez éloignées les unes des autres, & tres ſemblables du commencement à des petites broches pointuës, mais qui venant enſuite à s'ouvrir en long & à s'élargir repreſentent tout autant de petites faulx étroites & pointuës, & toutes enduites ſur le dos d'une crouſte tres noire que forment les veſicules ſeminales.

Planta hæc ſatis copioſe naſcitur in monte de la Calebaſſe *ſecus ipſam viam ab Arce D. Petri, ad plagam Orientalem inſulæ Martinicanæ.*

Cette Plante croiſt en abondance ſur le Morne de la Calebaſſe dans le chemin meſme du Fort Saint Pierre à la Cabſterre.

TABULA XCI.

Polypodium inciſuris Aſplenii.
Inſtit. R. Herb. 541.

Fibras pro radice habet hoc Polypodium multas, tenuiſſimas, nigras, multumque terræ immerſas, è quibus ſeptem aut octo erumpunt folia par-

PLANCHE XCI.

Polipode découpé comme le Ceterac.
Inſtit. Botan. 541.

LA racine de ce Polipode eſt proprement un aſſemblage de quantité de fibres noires, menuës comme des cheveux, & enfoncées beaucoup avant dans la terre. De

cette racine ſortent ſept à huit feuilles, dont une partie eſt droite, & l'autre couchée par terre; ces feuilles ſont toutes étroites & ont tout au plus un pouce & demi de largeur, mais en recompenſe elles deviennent aſſez longues, y en ayant ſouvent d'environ deux pieds de longueur; elles ſont toutes pointuës & étroites par les deux bouts: tout leur contour eſt découpé à peu prés comme celuy de nos Ceteracs, c'eſt-à-dire en parties alternes, non pas tout-à-fait arrondies, mais à pointes un peu émouſſées: leur conſiſtence eſt membraneuſe, d'un vert paſle, & traverſée en toute ſa longueur par une nervure aſſez élevée, qui n'eſt autre choſe que la production de leur pedicule, & qui en diſtribuë une moindre à chaque partie, & toûjours accompagnée d'un double rang de petites verruës gris-noires.

On ne ſçauroit aſſez bien déterminer la hauteur & la grandeur de cette Plante, à cauſe qu'elle varie ſuivant le terrain où elle prend naiſſance; mais j'ay toûjours bien remarqué que la pluſpart des feuilles qui rampent ſur la terre pouſſent du fond de leurs découpures, de petites racines fibrées qui produiſent enſuite des Plantes de meſme grandeur, & quelque fois une ſeule feuille auſſi grande que celle qui luy donne naiſſance.

On rencontre ſouvent cette Plante le long des ruiſſeaux, & dans les foreſts humides de l'iſle Saint Domingue.

C'eſt la *Fougere ſans branches à feuilles de Scolopendre*. Deſcription des Plantes de l'Ameriq. 7. Planche XI.

Fougere de la Jamaïque à feuilles de Ceterac, aiſlées ſimplement, & marquées ſur le dos de deux rangées de points. Pluk. Almag. Bot. 152. & Phytog. Planche 290. fig. 1.

Lonchite au port du Ceterac, à diverſes pinnules, c'eſt-à-dire un peu rondes & oreillées de chaque coſté. Sloane Catalogue des Plantes de la Jamaique 16.

tim erecta, partim terræ incumbentia, & omnia anguſta, pollicem & ſemis ſolummodo videlicet lata, aſt vice verſa longitudine ſatis inſignia, utpote bipedalia, & in utroque termino anguſtata & acuminata: ſingula per totum marginem in partes ſinuantur ut in Aſplenio vulgari, ſcilicet alternas, non omnino rotundas, verum obtuſe acuminatas; ipſorum ſubſtantia membranacea eſt, pallide virens, totaque nervulo ſatis conſpicuo (qui nihil aliud eſt quam ipſemet folii pediculus exporrectus) in longum trajecta, unde alii nervuli exiliores ad ſingulas pinnulas decurrunt, duplici tuberculorum furveſcentium ſerie ſtipati.

Plantæ amplitudinem certam aſſignare vix quis poterit, cum pro natalis ſoli aut ubertate aut ſiccitate provectior, aut humilior ſemper fiat; hoc tamen ſingulare in ea conſpexi, quod ſcilicet è foliorum terræ decumbentium ſinubus, radiculæ quandoque progerminentur, parem Plantam aut ſaltem unicum folium, matri & ſimile & æquale quondam producturæ.

Per ſylvas humidas ac circa rivulos inſulæ Sandominicanæ multoties hanc Plantam reperi.

Filix non ramoſa Scolopendrioides. *Deſcrip. Plant. Amer. 7. Tab. XI.*

Filix Jamaïcenſis ſimpliciter pinnatis Aſplenii foliis, averſâ parte, duplici ſerie punctorum notatis. *Pluk. Almag. Botan. 152. & Phytog. Tab. 290. fig. 1.*

Lonchitis Aſplenii facie pinnulis variis, viz. ſubrotundis, & ex utroque latere auriculatis. *Sloane, Catal. Plant. Jamaïc. 16.*

TABULA XCII.

Ruta muraria Clematitis, vario folio.

E Radice provenit hæc Planta Adianti vulgaris radici perquam simili, longiuscula scilicet, exili, nigra, dura, paulisper villosa, fibrasque spargente ramosas, capillatas, duras etiam & filo crassiori æquales: viticulæ ex illa oriuntur quamplurimæ, tantæque longitudinis ut quascumque etiam altissimas transcendant arbores, ipsasque penitus ramorum numerositate obumbrent; quodque magis in ipsis demirandum, videre est ipsas licet vix unciales, lentissimas tamen, obsequioso que flexu frangi contumacissimas: singulæ rotundissimæ sunt, ex pullo albescentes, satisque frequentibus nodulis discretæ, ad quorum singulos bini adnascuntur ramuli oppositi, & interposito capitulo ovato & villoso stipati.

Complures ex his ramulis, magis quam sempedales insunt; singuli tenues sunt, alterniſque flexibus undulati, & ad quaslibet flexuras ramulum alium effundentes breviorem, etiam flexuosum ac in cunctis angulis folio aut foliis instructum, ad ramulorum quibus adnascuntur differentiam, diversimode longis: inferioribus etenim ramulis insistentia, vix semi pollicaria sunt, cum superiores ramos adornantia magis sint quam pollicem longa: utraque foliorum Clematitis purpureæ, repentis *C. B. pin. 300. maxime fiunt æmula, singularia namque aut terna in uno prodeunt pediculo, & singula in auriculas, seu lobos rotundatos & pro ratione folii satis amplos divisa: inter illa hoc etiam discriminis est, ut superioribus ramulis insidentia in longius protendantur acumen, & insuper crenulis rotundis undosum ac membranulis leucophæis minutissimarum vesicularum nigricantium cumulos contegentibus, posterius squamosum: singula demum membrana constant satis subtili*

PLANCHE XCII.

Ruta muraria Clematite, & à differens feüillages.

LA racine de cette Ruta muraria est presque de la mesme nature que celle de nostre Capilaire commun, c'est-à-dire un peu longue, peu épaisse, noire, dure, un peu veluë, & garnie de plusieurs fibres rameuses, cheveluës, dures, & grosses comme de la ficelle: cette racine produit aussi plusieurs jets d'une longueur si extraordinaire, qu'il n'y a point d'arbres qu'ils ne surpassent, & qu'ils ne couvrent entierement par le grand nombre de leurs rameaux; & ce qui surprend encore davantage, est que quoy qu'ils n'ayent pas tout-à-fait une ligne d'épaisseur, ils sont neanmoins si forts & si souples qu'on a bien de la peine à les rompre. Ces jets sont tous ronds & unis, grisastres, & distinguez par des nœuds qui jettent chacun deux branches opposées, entre lesquelles on voit un petit bouton ovale & velu.

La plusparт de ces branches ont un peu plus de demi pied de long, elles sont toutes assez minces, & ondoyantes par plusieurs plis alternes, de chacun desquels naist une branche un peu plus courte, mais ondoyante de mesme, & garnie à chaque encogneure d'une ou plusieurs feuilles de differentes longueurs selon la difference des branches; car celles des plus basses n'ont tout au plus que demi pouce de long, au lieu que celles des plus hautes sont quelque fois plus longues d'un pouce: les unes & les autres ont assez de rapport aux feuilles de la Plante que C. Bauhin appelle *Clematite pourprée & rampante*, pin. 300. car elles naissent pour la plusparт trois à trois sur un mesme pedicule, & toutes ont des oreillons ou lobes arrondis & assez larges pour la grandeur de la feuille. Elles ont cette difference entr'elles, que les superieures, c'est-à-dire celles des plus hautes branches ont leurs extremitez ou pointes beaucoup allongées, ondées par une petite crenelure ronde, & toutes couvertes au dos d'écailles membraneuses & grises, sous lesquelles il y a de petits tas de plusieurs vesicules noiraстres: les unes & les autres sont

toutes

toutes fort déliées, unies, venées fort délicatement, & d'un vert assez agreable.

Je trouvay cette Plante le long du lac de Miragoan de l'isle Saint Domingue, dans un endroit qu'on appelle *Le Piton de Miragoan*, tout joignant le chemin.

glabra, lineolis subtilissimis delicatè venosa, gratissimoque virore pollentia.

Plantam adinveni apud insulam Sandominicanam, juxta lacum Miragoan dictum, secus ipsam viam loci quem vulgo Le Piton de Miragoan *adpellant.*

PLANCHE L.

Petite Fougere découpée en doigts. Fig. B.

LA racine de cette petite Fougere n'est pas plus grosse que la soye d'un Sanglier, mais en recompense elle est extrémement longue, traçante, noire, & garnie de quantité de fibres tres menuës : elle pousse en toute sa longueur quelques petites feuilles tres délicates, c'est-à-dire tres minces, fort unies, luisantes, & d'un tres beau vert, larges à peu prés de deux pouces, & longues de trois à quatre. Chaque feuille est découpée en plusieurs parties alternes, & refenduës par des lanieres frangées, émoussées, & semblables aux doigts de la main, terminées par une maniere d'ongle que forme une petite bourse noirastre, remplie de vesicules.

TABULA L.

Filicula digitata. Fig. B.

TABULA CXX.

Lingua Cervina Eterophylla, ſcandens, & repens.

HÆc præcedentis ad modum, aut ſuper arborum truncos, aut ſuper ſaxa ipſa longe, lateque perreptando ſeſe diffundit, cauliculos emittens quam plurimos tenuiſſimos, longiſſimos, ramoſiſſimos, piliſque nigricantibus, non vero ſquamulis penitus obductos : quos innumera etiam obveſtiunt folia biformis naturæ, brevia ſcilicet alia & ovata, alia vero longa, anguſta, & acuminata : hæc quinquepollicarem obtinent longitudinem, & latitudinem ſemipollicarem, toto circuitu denticulis rotundis crenantur, totoque dorſo, & in ſingulis denticulorum campis tuberculum deferunt pulverulentum & ruffeſcens ; cætera ungulam vix ſuperant, undoſo margine continentur, nulloque penitus ſemine potiuntur : ſingula tandem tenui conſtant membrana, undique amæno virore ſplendente, venuliſque exilibus, & ramoſis penitus nervoſa.

Humidis potiſſimum locis gaudet hæc Planta, quam copioſam juxta illum montem, quem la Montagne Ronde, *apud inſulam Sandominicanam vocant, cum à ſinubus Petri,* les Anſes à Pitre, *tenditur ad Leoganam.*

PLANCHE CXXI.

Langue de Cerf montante, à feuilles étroites, & ondées.

CEtte Langue de Cerf eſt de la meſme nature que les deux précedentes, par rapport à la petiteſſe & longueur de ſes tiges, & à ſa maniére de ramper ou ſur les rochers, ou bien le long des arbres où elle attache ſes tiges extrémement longues & déliées par quantité de petites racines ſemblables à des vermiſſeaux griſaſtres. Ces meſmes tiges ſont entiérement couvertes d'un petit poil doré, & pouſſent de temps en temps quelques ra-

TABULA CXXI.

Lingua Cervina ſcandens, anguſtis, & undoſis foliis.

BInarum præcedentium naturam ſortitur hæc, cauliculorum ſcilicet, tum exilitate, tum aut ſuper ſaxa, aut ſuper arborum caudices reptatu : potius tamen arboreos caudices amplectitur, circa quos cauliculos ſuos tenues, & longiſſimos plurimis fibris caneſcentibus & vermicularibus alligat & confirmat. Qui quidem cauliculi, ſeu viticulæ ex auro omnino villoſæ ſunt, ramoſque quoſ-

dam identidem emittunt alternos, pariter tenues, & villoſos, ſed non admodum longos.

Folia his ſolummodo ramulis adnaſcuntur alterna ſerie ordinata, atque ob nimiam pediculorum debilitatem deorſum propendentia, ſubtili membrana conſtantia, viroreque ſaturo omnino ſplendentia: decempollicaris ipſis ineſt longitudo, triuncialiſque circa mediam longitudinem latitudo, qua deinde paulatim ad utramque extremitatem uſque ſemper anguſtiora facta, tandem fiunt acutiſſima, ipſorum ambitus unduloſus eſt, averſa ſuperficies nervulo nigro ſuſtentatur, duplicique verrucularum pulvereſcentium, & aureo fulgore nitentium onuſtatur.

Multoties Plantam reperi, per ſylvas Inſulæ Sandominicanæ.

meaux alternes, mais fort peu longs & de meſme nature qu'elles.

Le long de ces rameaux ſeulement on voit naiſtre une rangée de feuilles alternes, ayant toutes la pointe tournée vers la terre, ne pouvant demeurer droites à cauſe de la foibleſſe de leurs pédicules: ces feuilles ſont membraneuſes, tres déliées, & d'un vert foncé par tout; leur longueur eſt d'environ dix pouces, ſur prés de trois lignes de large, vers le milieu diminuant toûjours de largeur, en tirant du coſté de la pointe, & de celuy du pédicule; enſorte qu'elles ont les extrémitez pointuës, tout le contour ondé légérement, & le dos ſoûtenu en long par une nervûre noire, & chargé d'une double rangée de petites verruës poudreuſes & dorées.

J'ay rencontré pluſieurs fois cette Plante dans les foreſts de l'iſle Saint Domingue.

TABULA CXXII.

Lingua Cervina ſcandens, folii Querni diviſura.

TRium Plantarum præcedentium more hæc viticuloſos ſuos cauliculos circa vetuſtarum arborum caudices, etiam exerit tenuiſſimos equidem ac longiſſimos, ſed pilis longioribus, & obſcurius ruffeſcentibus veſtitos: ramuſculos etiam producentes, ſed breves, capillatos, veluti perpendiculariter adnexos, foliiſque omnino nudatos. Folia namque cauliculis ipſis ut plurimum adnaſcuntur, ſed rara, alternatim, acuminibuſque ad terram inverſis adpoſita, decem pollices circiter longa, pollicem & ſemis circa mediam longitudinem lata, utrinque deinde potiſſimum qua terram reſpiciunt, multum acuminata. Totus eis ineſt circuitus foliorum Quercus in modum, variis proceſſibus ſinuoſus; membranacea ſubſtantia, ſed ſubtilis læviſſima, ſplendentique viriditate gratiſſima: totum longitudinis tractum nervulus tranſcurrit nigerrimus, à quo ramuli, ad ſingulos proceſſuum terminos extendunt, quemque utrinque cumuli quidam ſtipantur ex innumeris veſiculis aureo decore fulgentibus congeſti.

PLANCHE CXXII.

Langue de Cerf montante, & à feuilles découpées comme celles du Cheſne.

LEs tiges de cette eſpéce rampent & s'attachent le long des troncs des vieux arbres, de meſme que celles de trois précedentes; elles ſont bien auſſi menuës & auſſi longues, mais leur poil eſt un peu plus long, & tirant ſur le chaſtain: elles pouſſent auſſi pluſieurs rameaux alternes, mais fort peu longs, eſtant tous comme perpendiculaires, & ſans feuilles, un peu écartez les uns des autres, & toûjours par un ordre alterne, & la pointe tournée en bas. Leur longueur ordinaire eſt d'environ dix pouces, ſur prés d'un pouce & demi de large vers le milieu de leur étenduë, les deux extrémitez finiſſant en pointe, particuliérement celle qui regarde la terre. Tout leur contour eſt ondé & découpé preſque comme les feuilles des Cheſnes, par des avances & des ſinuoſitez inégales. Leur conſiſtence eſt membraneuſe & déliée, unie par tout, & d'un vert luiſant agréable: elles ont tout le dos traverſé en long par une nervûre noire, qui diſtribuë un rameau à chaque extrémité des avances, & le long de laquelle on voit régner à chaque coſté quelques tas d'une quantité de petites veſſies dorées.

J'ay trouvé auſſi cette Plante dans les foreſts de l'iſle Saint Domingue, mais fort rarement.

Plantam etiam per ſylvas Inſulæ Sandominicanæ reperi, ſed raro mihi occurrit.

PLANCHE CXXIII.

Langue de Cerf à feuilles tres grandes.

BIen que la racine de cette Langue de Cerf ſoit beaucoup plus groſſe que celle de nos Polipodes, elle en a néanmoins & le gouſt & la conſiſtence. Elle croiſt ordinairement ſur les troncs des vieux arbres auſquels elle s'attache par une infinité de fibres vermiculaires & noires. Sa figure eſt preſque la meſme que celle de noſtre Biſtorte commune, c'eſt-à-dire tortuë & inégale à cauſe de pluſieurs productions tubereuſes en forme de mammelons, la pluſpart écailleux, & toute remplie de nœuds en nombrils qui ſont les reſtes de vieilles feuilles. Sa groſſeur eſt preſque de la moitié du bras, & paroiſt au dedans de couleur de chair, bleuaſtre au dehors, & toute picotée de petites taches tannées.

La pluſpart de ces mammelons pouſſent quelques feuilles d'une grandeur aſſez remarquable; car elles ont prés de trois pieds de hauteur, ſur cinq pouces de largeur à l'endroit le plus étendu, c'eſt-à-dire vers le milieu; leurs deux extrémitez ſe terminent en pointes en ſe rétreſſiſſant. Leur conſiſtence eſt auſſi épaiſſe que du gros vélin, membraneuſe de meſme, tres unie, & d'un vert gay ſur le devant, mais traverſée en toute ſa longueur par une groſſe nervûre ronde, & d'un noir tanné, qui en diſtribuë beaucoup d'autres de chaque coſté, mais toutes menuës, obliques, ondées, & preſque paralleles, dont l'entredeux eſt occupé par une rangée de verruës grandes comme des lentilles, & toutes formées par un nombre infini de petites veſſies de couleur fauve.

On trouve cette Plante en pluſieurs endroits dans les foreſts de l'iſle Saint Domingue, particuliérement dans celles du quartier de Léogane.

TABULA CXXIII.

Lingua Cervina ampliſſimis foliis.

POlypodii vulgaris radice hujuſce ſpeciei radix licet multo amplior, ſaporem tamen & conſiſtentiam Polypodii vulgaris ſortitur. Antiquarum arborum caudicibus ut plurimum adnaſcitur, ipſos innumeris fibrillis vermicularibus & nigris apprehendens. Biſtortæ radicem plurimum æmulatur, contorta namque ſimiliter eſt, mammoſiſque & ſquamoſis quibuſdam apophyſibus tubereſa, ac foliorum reliquiis umbilicalibus tota fere nodoſa. Ejus craſſities ſemibrachialis, color interior carneus, exterior vero ſubcærulæus, maculiſque exiguis, ac caſtaneis omnino ſignatus.

Circa quaſdam illas protuberantias mammoſas folia nonnulla exſurgunt ſpectandæ ſatis amplitudinis, tripedalem ſcilicet altitudinem fere obtinentia, & quinquepollicarem latitudinem ubi latiora, circa ſcilicet mediam altitudinem, à qua deinceps uſque ad utramque extremitatem ſeſe deprimentia in anguſtum deſinunt terminum. Membranæ craſſioris ipſis ineſt conſiſtentia, ad faciem læviſſima & amœne virens, ad dorſum vero conſpicuo nervo convexo, & è bætico fulveſcente ſuſtentata; unde alii ad utrumque latus procedunt nervuli exiles, obliqui, undoſi, fere parallelli, ac intercapedinibus ſuis ſeriem verrucularum lenticularis fere magnitudinis complectentes, innumeris veſiculis fulveſcentibus formatarum.

Satis frequens per ſylvas Inſulæ Sandominicanæ reperitur hæc Planta, potiſſimum regioni Leoganæ vicinas.

TABULA CXXIV.

Lingua Cervina longo, lato, ferratoque folio.

RAdicem habet hæc Planta reliquiis pediculorum putredine conſumptorum, innumeriſque fibris capillaceis, & nigris conſtantem; unde ſeptem aut octo aſſurgunt folia Linguæ Cervinæ noſtratis foliis ſatis conformia, etſi multo longiora, latiora, & magis in acutum deſinentia: ipſis etenim plurimis bipedalis, aut tripedalis, ineſt longitudo, & fere quinquepollicaris latitudo. Ipſorum baſis anguſtiſſima eſt, ſummitas acuminata, ſuperficies anterior glabra, dilute ſed læte virens, totus tandem fere circuitus denticulis rotundis ſerratus: ipſe pediculus productione ſua coſtam, ſeu nervum inſignem per eorum mediam extenſionem emittit, à quo ad utrumque marginem plurimi procedunt alii nervuli obliqui ac fere parallelli, quos in parte averſa membranulæ comitantur tenuiſſimæ ac candicantes, contractione ſua totidem prominentias vermiculares, pulverulentas & nigricantes, poſt ſe relinquentes.

In omnibus fere locis, quos mihi contigit apud Inſulas Americanas peragrare Plantam adinveni, & ipſam ſemper rivulos, valles, ac ſylvas humidas & umbroſas incolentem. Quaſdam tamen Plantas in Inſula Sanvincentiana obſervavi, laciniis ſatis profunde diſſectas, quas tamen potius ſpeciei varietatem quam diverſitatem ſum arbitratus.

Phyllitis non ſinuata, foliorum limbis leviter ſerratis. *Sloane Catal. Plant Jamaïc. 14.*

PLANCHE CXXIV.

Langue de Cerf à feuilles longues, larges, & dentelées.

LA racine de cette Langue de Cerf n'eſt proprement qu'un aſſemblage de pluſieurs reſtes de pédicules pourris, & de quantité de petites fibres noires; d'où elle pouſſe ſept à huit feuilles aſſez ſemblables aux feuilles de noſtre Langue de Cerf commune, ſi ce n'eſt qu'elles ſont bien plus longues, plus larges, & beaucoup plus pointuës; car la pluſpart ont environ deux à trois pieds de hauteur, ſur prés de quatre à cinq pouces de large. Elles ont le commencement fort étroit, l'extrémité aſſez pointuë, le deſſus fort uni, & d'un vert aſſez clair, & tout-à-fait agréable: tout le bord eſt dentelé de rond, & leur pédicule en s'allongeant tout le long du milieu forme une nervûre aſſez élevée, qui leur en fournit à chaque coſté un grand nombre d'autres tres menuës, un peu obliques, mais paralleles, & toutes accompagnées du coſté du dos dans la moitié de leur longueur d'une pellicule tres déliée, & blanchaſtre, qui venant peu à peu à ſe diſſiper, fait paroiſtre à ſa place une tumeur ſemblable à un petit vermiſſeau formé par une pouſſiére noiraſtre.

Par tous les endroits où j'ay eſté dans les Iſles de l'Amérique, j'y ay rencontré cette Plante, & toûjours, ou le long des ruiſſeaux, ou le long des vallons, dans les foreſts humides. J'en rencontray quelques pieds dans l'Iſle Saint Vincent, dont les feuilles avoient le bord découpé par quelques laniéres, mais je crus que ce n'étoit qu'une variété de la meſme eſpéce.

C'eſt *la Phillite non ſinuée, & dont le bord des feuilles eſt légérement dentelé.* Sloane Cat. des Plantes de la Jamaïq. 14.

PLANCHE CXXV.

Langue de Cerf veluë, à grandes feuilles ovales.

LA racine de cette Langue de Cerf ſemble n'eſtre compoſée que des reſtes des pédicules des feuilles accompagnées d'un grand nombre de fibres menuës comme des cheveux, à l'aide deſquels elle s'attache ordinairement aux pieds des arbres. De cette racine s'élevent toûjours ſix à ſept feuilles entiérement ovales & de différentes grandeurs, de demi pied, ou meſme d'un pied d'étenduë, & toutes épaiſſes, charnuës, aſſez tendres, unies, & d'un vert tirant ſur le jaune : leur ſurface tant devant que derriére eſt toute parſémée de poils tres déliez, tres noirs, longuets, ondoyant, & aſſez clair-ſémez, & qui ſemblent ſortir chacun d'une petite teſte, mais qui ſe détachent tres facilement : on voit encore le bord de la feuille garni d'une petite frange de poils auſſi noirs & déliez que les premiers, mais beaucoup plus courts, plus ſerrez, & à peu prés arrangez comme les poils des paupiéres.

Les pédicules de ces feuilles ordinairement gros comme des plumes à écrire, arrondis, longs de quatre à cinq pouces, & tout entiérement velus, fourniſſent par leur allongement une belle coſte ou nervûre veluë de meſme tout le long de ces feuilles, ſur leſquelles on ne voit aucune apparence de ſémence ; mais aprés avoir bien obſervé cette Plante, j'ay remarqué que les feuilles qui ne font que de naiſtre, & qui repreſentent tres bien une petite houë veluë, montrent à travers leur poil pluſieurs petits tubercules dorez, qui, à ce que je penſe, peuvent bien couvrir la ſémence, ce que je n'approfondis pourtant pas aſſez.

Je trouvay cette Plante ſur les pieds de quelques vieux arbres, au Morne de la Calebaſſe à la Martinique.

TABULA CXXV.

Lingua Cervina villoſa, amplis foliis ſubrotundis.

RAdicem hujuſce Plantæ veluti conſtruunt reliquiæ pediculorum innumeris fibrillis tenuiſſimis & nigricantibus ſtipatæ, quarum ope ſuper arborum caudices, ut plurimum radicatur Planta, ex ipſa radice ſena aut ſeptena exerens folia penitus ovata ſeu ſubrotunda, varias magnitudines, ſemipedalem aut pedalem amplitudinem ſcilicet adepta : ſingula vero craſſiuſcula ſunt, carnoſa, tenera, glabra, è flavo vireſcentia, piliſque innumeris nigris, longiuſculis, undoſis, capillatis & raris, ac facile deciduis ſuper utramque ſuperficiem reſperſa, ac tandem pilis, aliis brevioribus creberrimis & palpebrarum in modum ordinatis per totum circuitum fimbriata.

Singula etiam pediculo pollent pennam anſerinam ut plurimum craſſo, terete, fere quinquepollicaris altitudinis, omnino villoſo, ac ſua ipſius extentione per mediam folii aream nervum conſpicuum formante etiam villoſum : in ipſis autem foliis nedum ſemina, ſed ne quidem ſeminum veſtigia ulla uſquam comparent : apprehenduntur tamen in recens natis foliis ligonem villis nigerrimis totum obſitum apprime referentibus tubercula quædam ex auro luteſcentia ſub pilis illis elevari ſeminales veſiculas, forte ut opinor contegentia, quod tamen uti par erat, non ſatis inveſtigavi.

Super annoſas quaſdam arbores naſcentem Plantam adinveni, in ipſo monte de la Calebaſſe, *apud Inſulam Martinicanam.*

TABULA CXXVI.

Lingua Cervina villoſa major, & ruffeſcens.

RAdicem habet hæc Lingua Cervina innumeris capillaceis, tenuiſſimis, & nigris filamentis conflatam: unde folia plurima aſſurgunt, Linguæ Cervinæ noſtratis foliis maxime conformia, pediculis tamen longioribus ſuffulta, piliſque brevibus & ruffeſcentibus omnino villoſa; quæ ſi ad lumen ſolis aſpiciantur, veluti diaphana apparent, ac inſtar Zegrini granuloſa, nervuliſque internis, & oblique jacentibus impreſſa.

Nullum in his ſemen uſquam conſpicitur; ſingulare vero inter ea ſeſe erigit folium pediculo tum longiori, tum exiliori annexum, cujus ſubſtantia craſſior ceu carnoſa eſt, dorſumque pingueſcente cruſta è pilis & granulis perexiguis permixta, penitus illinitum.

Truncis arborum adnaſcentem Plantam reperi apud Inſulam Martinicanam, in illo monte qui vulgo dicitur de la Calebaſſe.

PLANCHE CXXVI.

Grande Langue de Cerf, couverte d'un poil roux.

LA racine de cette Langue de Cerf n'eſt compoſée que de quantité de filamens noirs, & menus comme les cheveux de la teſte : elle produit pluſieurs feuilles tout-à-fait ſemblables à celles de nos Langues de Cerf, excepté qu'elles ont leurs pédicules plus longs, & qu'elles ſont entiérement couvertes d'un petit poil ras & rouſſaſtre; quand on les regarde à travers le jour, ou à la lueur du Soleil, ces feuilles paroiſſent toutes tranſparentes, chagrinées, & traverſées de pluſieurs petites nervûres obliques & internes.

Ordinairement ces feuilles ne portent pas de ſémence; mais on en remarque parmi elles une toute particuliére, dont le pédicule eſt beaucoup plus long & plus greſle, & dont la ſubſtance eſt auſſi plus épaiſſe: celle-cy a le dos entiérement enduit d'une crouſte comme oléagineuſe, & meſlée de poils & de grains extrémement menus.

Je trouvay cette Plante ſur les troncs des vieux arbres, vers le Morne de la Calebaſſe, à la Martinique.

TABULA CXXVII.

Lingua Cervina villoſa, minor.

HUjuſce Plantæ radicem conſtituunt plurimæ fibræ craſſiuſculæ, nigræ, duræ, tortuoſæ, capillatæ, ac veluti in unum ceſpitem acervatæ, è quarum coalitu quædam folia ſeſe attollunt varias magnitudines. ſortita, ſemipedalem alia, alia bipollicarem: ſingulorum tamen pediculus æqualiter ineſt altus, quadripollicaris fere videlicet, villis ruffis omnino veſtitus, ac tandem in nervulum folii longitudinem percurrentem, protenſus, unde plurimi alii exiliores obliqui ad utrumque latus promanant.

Singula membranacea ſunt & firma, utrinque anguſtantur & acuminantur,

PLANCHE CXXVII.

Petite Langue de Cerf, veluë.

LE corps de la racine de cette Plante eſt formé par quantité de fibres groſſes comme de la ficelle, dures, noires, ondoyantes, cheveluës, & ſi bien ramaſſées, qu'elles compoſent comme un gazon, d'où ſortent pluſieurs feuilles de deux différentes grandeurs, les unes ayant environ demi pied de longueur, & les autres prés de deux pouces : elles ont pourtant toutes le pédicule d'égale hauteur d'environ quatre pouces, tout velouté d'un petit poil roux, & formant par ſa production la principale coſte, qui en diſtribuë pluſieurs autres obliques à chaque coſté.

La conſiſtence de toutes ces feuilles eſt membraneuſe & ferme comme du vélin;

elles ont les deux extrémitez étroites & pointuës, & tout le contour ondé délicatement. Les plus grandes ont environ un pouce de large, & les plus petites cinq à six lignes : celles-cy sont entiérement veloutées, tant sur le devant que sur le derriére ; outre ce tout le champ intérieur de leur dos est couvert de petites graines tannées & étenduës à chaque costé de la coste en maniére de l'ouverture d'une playe ; les autres qui sont les plus grandes, n'ont que le dos & le bord veloutez, mais leur devant est entiérement nud, uni, luisant, & d'un vert foncé, tout-à-fait agréable.

J'ay trouvé cette Plante dans quelques forests humides de l'Isle Saint Domingue.

perque totum circuitum levi undulatione crispantur : ampliora pollicarem obtinent latitudinem, minora vero semipollicarem ; hæc ad totam partem dorsi internam, veluti plagula quadam juxta nervum extensa obsignantur è granulis minutissimis, & è ruffo nigricantibus constante ; insuper per totum villis etiam ruffis obducuntur & fimbriantur, cum majora ad posticam tantum superficiem, & per totum circuitum villosa conspiciantur, & ad supernam omnino glabra, depilia, & è viridi saturo, sed grato splendentia.

Per sylvas uliginosas Insulæ Sandominicanæ hanc Plantam adinveni.

PLANCHE CXXVII.

Langue de Cerf, à feuilles étroites, & à lacis. Fig. C.

LA racine de cette Langue de Cerf est presque la mesme que celle de nos Polipodes, elle est verte au dedans, d'un goust astringeant & aspre, rousse au dehors, & comme barbuë par quantité de petites fibres noiraſtres. On voit naistre dans toute son étenduë un nombre de feuilles longues d'environ un pied & demi, & larges tout au plus d'un pouce, étroites, & tres pointuës aux deux extrémitez, & d'une consistence un peu épaisse, & ferme : leur pédicule est tres court, mais tuméfié en sa naissance mesme, & diminuant tout d'un coup, il forme par son extension une petite nervûre d'un bout à l'autre de la feuille, dont le devant est entiérement uni, d'un vert gay, & comme creusé en goutiére, & le derriére plié en dos d'asne, & presque couvert en toute sa longueur de quatre cordons, composez d'une poussiére menuë & dorée, & entrelassez deux à deux, de telle maniére qu'ils forment une espéce de rets tout-à-fait agréable.

Je trouvay cette Plante dans l'Isle Saint Vincent, sur les rochers, & sur les troncs des vieux arbres, le long d'un ruisseau du quartier que les Caraïbes appellent *Oullaiou*.

TABULA CXXVII.

Lingua Cervina, anguſtifolia, & reticulata. *Fig. C.*

RAdice fere Polypodii pollet hæc Lingua Cervina, intus virescente, aspera, & astringente, deforis vero ruffescente, plurimoque fibrillarum nigricantium capillitio veluti barbata. Folia plurima ex tota ejus longitudine assurgunt angusta & satis longa, sesquipedalia scilicet & pollicem fere lata, utrinque multum angustata & acuminata, crassiuscula tandem & firma : singulorum pediculus brevissimus, sed in ipsa origine tumescens, dein statim angustatus in nervulum producitur totum folium percurrentem ; quæ quidem folia satis uniuntur, lætoque virore nitescunt, anterius canaliculantur, posterius vero veluti carinantur, & quadruplici torulorum ex auro pulverescentium discursu adornantur, binatim sese sic decussantium, ut reticulationem quamdam aspectu jucundissimam effingant.

Plantam reperi saxis & truncis arborum adnascentem apud Insulam Sanvincentianam, juxta fluviolum regionem illam, quam Caraïbæ Oullaiou *appellant, perfluentem.*

TABULA CXXVII.

Lingua Cervina longis, anguſtis, & undulatis foliis, minor, *Fig. B.*

HUic etiam radix fere Polypodiana, carnoſa ſcilicet ſimiliter, ſubvirens, aſpera & ſubdulcis, tuberculis quibuſdam umbilicalibus adſtructa, fibrilliſque innumeris tota capillata.

Folia ex ipſius capite quædam aſſurgunt bipedalem altitudinem & paulo magis quam ſemipedalem latitudinem obtinentia, in utroque termino potiſſimum ſuperiori ubi acutiſſima, multum depreſſa, in toto circuitu leviter undulata, membranaceæ tandem ſubſtantiæ & firmæ.

Facies ipſorum omnino lævigata & è viridi diluto nitens; dorſum vero nervulo in longum ſuſtentatum, pediculi ipſius extentione producto, unde alii plurimi nervuli procedunt obliqui, quos exiliores annectunt, intraque limites ſuos verruculas binas concludunt nigricantes, juxtaque ſecundarios ſeu obliquos nervulos ordinatas.

Plantam in ipſa extrema magni ſinus regione Inſulæ Sandominicanæ obſervavi, circa ſtagni cujuſdam littora à Venatoribus noſtris, L'Etang Somache, *propter aquas inſtar ſeri lactis albicantes, & ſubdulces, nuncupati.*

PLANCHE CXXVII.

Petite Langue de Cerf à feuilles longues, étroites, & ondées. Fig. B.

CEtte eſpéce de Langue de Cerf a auſſi ſa racine tres ſemblable à celle du Polipode ordinaire, eſtant à peu prés charnuë de meſme, douçaſtre, un peu aſpre pourtant, & verdaſtre, un peu plus longue que le doigt, relevée de pluſieurs tumeurs en nombril, & cheveluë par quantité de petites fibres.

Elle pouſſe vers ſon extrémité quelques feuilles un peu plus longues de deux pieds, larges ſeulement de ſix à ſept lignes, étroites, & pointuës aux deux extrémitez, particuliérement vers celle d'en haut, ondées légérement dans tout leur contour, & d'une ſubſtance membraneuſe & ferme.

Leur devant eſt entiérement uni, & d'un vert clair, mais leur dos eſt ſoûtenu en toute ſa longueur par une petite nervûre, que le pédicule forme en s'allongeant, & d'où il en naiſt obliquement pluſieurs autres qui ſont moindres, & jointes par d'autres encore plus menuës, enfermant dans leur enceinte deux petites verruës noiraſtres, & arrangées tout le long des ſecondes nervûres obliques.

Je trouvay cette Plante dans le fond du Grand Cul-de-Sac de l'Iſle Saint Domingue, proche un Etang que les Boucaniers appellent l'*Etang Somache*, à cauſe que ſes eaux ſont blanches & douçaſtres comme le petit lait.

TABULA CXXVIII.

Lingua Cervina latifolia, pediculis ſquamoſis.

RAdicem habet hæc Lingua Cervina Polypodii vulgaris noſtratis radici fere ſimilem & æqualem, longiuſculam ſcilicet, teretem, nodoſam, adſtringentem, ſed fuſcam, innumeriſque radiculis teneris, nigricantibus & ramoſis ſtipatam.

Quinque aut ſex ad ſummum ex ea prorumpunt folia ſeſquipedem (ſi pediculum adjungas) circiter alta, circa mediam altitudinem ubi latiora quatuor

PLANCHE CXXVIII.

Langue de Cerf à larges feuilles, & à pédicules écailleux.

LA racine de cette Langue de Cerf eſt auſſi tout-à-fait ſemblable à celle de nos Polipodes; car elle eſt longue de meſme, ronde, noüeuſe, griſaſtre, adſtringeante, & garnie de quantité de longues fibres rameuſes, noiraſtres, & tendres.

Elle ne produit tout au plus que cinq à ſix feuilles, longues d'environ un pied & demi (y compris le pédicule) larges de trois à quatre pouces vers le milieu, & pointuës par

par les deux bouts de meſme que celles de nos Citronniers ordinaires. Leurs pédicules en s'étendant forment en toute leur longueur une nervûre aſſez élevée, qui de chaque coſté en diſtribuë d'autres menuës, obliques, ondoyantes & parallelles : celles-cy en produiſent encore quelques unes, mais bien plus menuës, ondées auſſi, & courbées en arc de cercle, entre leſquelles ſont enfermées quatre petits tubercules d'un noir chaſtain, & arrangées le long de ſecondes nervûres.

Toutes ces feuilles ſont déliées comme du vélin le plus fin, unies, & d'un vert foncé aſſez agréable, mais leurs pédicules, & la nervûre qu'ils forment par leur arrangement ſont tous parſemez de petites écailles pointuës d'un gris-noir, & membraneuſes.

Je trouvay cette Plante parmi la mouſſe des rochers, à la ſource d'un petit ruiſſeau de l'endroit qu'on appelle le Morne Rouge, proche le Fort Saint Pierre de la Martinique.

pollices circiter lata, utrinque tandem ut Citreorum folia, acuminata. Ipſorum pediculi in nervulum extenduntur ſatis prominentem, hinc inde nervulos alios exiles, obliquos, undoſos, & parallellos emittentem; quorum intercapedinem connectunt alii multo exiliores, undoſi etiam & arcuati, complectentes tubercula quatuor pulverulenta, intenſe caſtanea, & juxta ſecundarios nervulos ex ordine affixa.

Folia hæc ſingula membranæ ſubtilioris inſtar tenuia ſunt & glabra, ſatis læte etſi ſature virentia, tam pediculi vero quam nervuli ipſorum extenſione producti ſquamulis adſtruuntur exiguis, membranaceis, nigricantibus, & peracutis.

Ad rivuli cujuſdam ſcaturiginem, per ſaxa muſcoſa naſcentem Plantam adinveni, in illo loco quem Le Morne Rouge *vocant, prope Arcem D. Petri, apud Inſulam Martinicanam.*

PLANCHE CXXIX.

Langue de Cerf à feuilles étroites, & à pédicules velus.

VOus prendriez aiſément la racine de cette Langue de Cerf pour un gros ver tout velu, à cauſe de ſa longueur & de ſa rondeur, & à cauſe qu'elle eſt couchée ſur la terre ou ſur les pieds de vieux arbres, comme un ver rampant & tout couvert de petites fibres noiraſtres. Sa groſſeur n'eſt environ que de la moitié du doigt ; ſa couleur eſt d'un vert noiraſtre, & ſa ſubſtance charnuë & d'un gouſt aſtringeant.

Elle pouſſe beaucoup de feuilles, qui lors qu'elles ne font que de naiſtre ſont tournées en ligne ſpirale comme la volute d'un chapiteau Ionique, mais qui ayant atteint leur juſte grandeur, deviennent enſuite droites & hautes d'environ un pied & demi, y compris le pédicule long de prés de trois pouces, & qui forme en s'allongeant tout le long de la feuille une nervûre veluë de meſme que luy, & qui diſtribuë de chaque coſté de la feuille d'autres nervûres tres déliées, obliques, ou ſimples, ou doubles, & toutes aboutiſſantes à un petit point noiraſtre tout joignant le

TABULA CXXIX.

Lingua Cervina anguſtifolia, coſtis, & pediculis villoſis.

LUmbricum villoſum diceres hujuſce Lingua Cervinæ radicem; utpote ſatis longam, toroſam, circaque terram, aut caudices arborum perreptantem, fibrilliſque nigricantibus, fere penitus villoſam. Semidigitum craſſa eſt, è viridi nigreſcens, carnoſa, adſtringenti ſapore donata.

Ex eâ numeroſa ſatis exurgunt folia, primum Helicis ſeu volutæ Capitelli Ionici in modum convoluta, dein æquam magnitudinem adepta, in rectum protenſa, & ſeſquipedalia facta, pediculo tripollicaris altitudinis adjuncto, cujus per mediam folii longitudinem extenſione nervulus formatur ſeu coſta ſicut & ipſa villoſa, ac undequaque nervulos plurimos, frequentes, exiliores, modo ſimplices, modo geminatos effundens punctulo nigricante, & juxta folii oram internam inſculpto, capitatos. Pollicarem ut pluri-

mum obtinent ſingula folia latitudinem; utrumque terminum anguſtatum & acuminatum, circuitum leviter undulatum, ſubſtantiam tandem membranaceam & firmam; unitam, ac in utraque ſuperficie dilute virentem. Semen (quod eſt notandum) nuſquam progenerant hæc folia: in ſingulari tantum quodam folio provenit, ad caput ipſum radicis, erecto, cæteris quidem tum breviori, tum anguſtiori, ſed pediculo longiori, adnixo; cujus facies omnino nuda & è viridi ſaturo, dorſum vero totum granulis ferrugineis incruſtatum, limbo tamen toto remanente nudo.

Plantam circa eamdem regionem qua præcedentem collegi.

bord de la feuille, dont la largeur ordinaire eſt d'environ un pouce, ayant les extrémitez étroites & pointuës, & tout le contour légérement ondé : elles ſont toutes membraneuſes & fortes, unies, & d'un vert clair des deux coſtez : il faut remarquer qu'elles ne portent jamais de ſémences, mais que c'eſt ſeulement une feuille particuliére qu'on voit ſortir de la teſte meſme de la racine, & qui eſt beaucoup plus courte & plus étroite que toutes les autres, dont le pédicule eſt pourtant plus long, le devant extrémement uni & d'un vert foncé, & le dos entiérement enduit (excepté tout le long du bord) d'une crouſte formée par une infinité de petits grains d'une couleur roüillée.

Je trouvay cette Plante vers le meſme endroit que la précedente.

TABULA CXXX.

Lingua Cervina, longis, anguſtis, & undulatis foliis, major.

POlypodii noſtratis ad morem truncis annoſarum arborum adnaſcitur hæc Lingua Cervina, radicemque obtinet etiam Polypodianam, digitum ſcilicet craſſam, quinque aut ſex pollices longam, carnoſam & firmam, intus virentem, deforis tandem nodoſam, nigricantem, fibriſque plurimis ſtipatam.

Sena aut ſeptena, ut plurimum ex ea aſſurgunt folia tripedalis altitudinis, latitudinis vero in toto fere proceſſu ſeſquipollicaris, ad initium tamen anguſtata, & ad ſummitatem acuminata. Membranacea eſt ipſorum ſubſtantia & glabra, leviter in toto ambitu undulata, duplicique veluti limbo nervoſo præcincta. Virore ſatis amœno, ſed ſaturo ſingula decorantur, ipſorumque pediculi qui & breves per totam longitudinem ſeſe extendentes inſigni nervulo ipſa ſuſtentant; unde plurimi ſeu frequentes alii nervuli exiliores ad utrumque limbum oblique ducuntur ſed parallelli, qui cum aliis etiam exilioribus interjacentibus veluti areolas efformant intra ſepta ſua tubercula bina claudentes, unde geminus tuberculorum nigricantium ordo, foſſulis totidem apparentias ſuas in facie demonſtrantium.

PLANCHE CXXX.

Grande Langue de Cerf, à feuilles longues, étroites, & ondées.

CEtte Plante s'attache particuliérement contre les troncs de vieux arbres, de la meſme façon que noſtre Polipode ordinaire. Sa racine luy reſſemble auſſi, car elle eſt groſſe comme le doigt, & longue de cinq à ſix pouces, charnuë, ferme & verte en dedans, noueuſe, & noiraſtre en dehors, & accompagnée de quantité de fibres.

Elle pouſſe tout au plus cinq à ſix feuilles longues d'environ trois pieds, larges de prés d'un pouce & demi preſque dans toute leur étenduë, excepté vers le commencement où elles ſont étroites, & leur extrémité qui ſe termine en pointe. Elles ſont toutes membraneuſes & liſſes, ondées légérement tout au tour, & comme bordées par une double nervûre ; leur couleur eſt d'un aſſez beau vert foncé, & leur pédicule fort court, & qui en s'allongeant forme tout le long de chaque feuille une aſſez belle nervûre, d'où ſortent pluſieurs autres qui les traverſent de chaque coſté, & qui ſont preſque droites, obliques, & parallelles, & que d'autres traverſent auſſi & enferment tout le long des premiéres une double rangée de verruës poudreuſes, dont les veſtiges paroiſſent ſur le devant de la feuille, par autant de petites foſſettes.

On trouve cette Plante preſque dans toutes les foreſts des Antilles.

Grand Polipode à feuilles de Langue de Cerf. Deſcription des Plantes de l'Amérique 26. Planche XXXVIII.

Phillite naiſſante ſur les arbres, à feuilles non ſinueuſes, plus déliées, & marquées ſur le dos par des taches rondes & poudreuſes. Du Sr Sloane Catal. des Plant. de la Jamaïq. 14.

Satis frequens per omnes fere ſylvas Antillanas viſitur hæc Planta; & eſt

Polypodium foliis Linguæ Cervinæ, majus. *Deſcript. Plant. Americ. 26. Tabula XXXVIII.*

Phyllitis arboribus innaſcens, folio non ſinuato, tenuiori, rotundis pulverulentis maculis averſa parte punctato. *Sloane Catal. Plant. Jamaïc. 14.*

PLANCHE CXXXI.

Langue de Cerf, fenduë au bout par pluſieurs découpûres.

LA racine de cette Langue de Cerf eſt bien de la meſme conſiſtence & couleur que celle de nos Polipodes, mais elle eſt tant ſoit peu plus groſſe, beaucoup plus longue, & toute écaillée par des tumeurs percées par les reſtes des anciens pédicules. Elle eſt d'un gouſt aſtringeant & aſpre, & ſe fourche quelquefois en deux rameaux, dont les teſtes produiſent quelques feuilles longues de prés d'un pied & demi, larges par tout d'environ deux pouces, excepté vers le pédicule, & vers l'extrémité où elles ſe ſubdiviſent en deux, & enſuite tant de fois en deux qu'elles repreſentent fort bien les cornes des Dains, branchuës & lacerées par pluſieurs découpûres profondes.

Toutes ces feuilles ſont auſſi membraneuſes, & d'un vert foncé; elles ſont traverſées en toute leur longueur par une nervûre aſſez élevée, noire & polie comme de l'Ebene, diſtribuant de chaque coſté pluſieurs autres nervûres obliques, parallelles, ondoyantes, & jointes par d'autres plus menuës, courbées, & qui enferment dans leur enceinte deux petites tumeurs rondes, formées par une pouſſiére noir-fauve.

Je trouvay cette Plante le long d'un vallon, proche un endroit qu'on appelle *le Fond de Baudin*, vers le quartier de Léogane de l'Iſle Saint Domingue.

TABULA CXXXI.

Lingua Cervina, multifido cacumine laciniata.

RAdicem habet hæc Lingua Cervina radici Polypodii vulgaris tum colore tum conſiſtentia ſatis conformem, aſt paulo craſſiorem, multo longiorem, plurimiſque cirris tumentibus pediculorum antiquorum ſcilicet reliquiis ſquamatam omnino. Adſtringenti ſapore pollet & aſpero, inque duos ramos quandoque diſpertitur ad capita ſua, filia quædam emittentes ſeſquipedalem fere altitudinem, latitudinem vero bipollicarem habentia, niſi ad initium ubi anguſta, & ad ſummitatem ubi primum bifurcata, toties tandem deinceps etiam bifurcantur ut non male cornua Damæ ramoſa plurimiſque laciniis multoties lacera ob oculos repræſentent.

Singulis his foliis ſubſtantia ineſt membranacea, obſcure virens, nervuloque longitudinali nigerrimo & inſtar Ebeni, polito & ſplendente donata, unde innumeri alii nervuli quamplurimi, obliqui, parallelli, undoſi, aliiſque tandem nervulis exilioribus, arcuatis, intraque ſepta ſua binas verruculas pulverulentas, & è nigro fulveſcentes concludentibus, connexi.

Plantam in Valle quadam adinveni, prope locum qui vulgo Le Fond de Baudin *nuncupatur, ad partes Leoganæ Inſulæ Sandominicanæ.*

TABULA CXXXII.

Lingua Cervina foliis acutis, & ad oras ſummitatum pulverulentis.

TOta hujuſce Linguæ Cervinæ radicis ſumma è plurimis radicibus Polypodianis equidem, ſed multo minoribus, ramoſioribus & in unum conglomeratis conſtituitur, quas tanta fibrillarum nigricantium copia obveſtit ut veluti ceſpitulus ex earum denſitate formetur, unde folia ſeptem aut octo numero prodeunt pedalem altitudinem habentia, latitudinem vero pollicarem, ad mediam ſcilicet altitudinem, cum ad utramque extremitatem anguſtentur & acuminentur, ad ſupremam potiſſimum qua in mucronem deſinit acutiſſimum, cujuſque poſteriorem limbum faſciola uncialis latitudinis circumambit pulverulenta, & è caſtaneo colorata.

Ipſorum ambitus paucis quibuſdam apophyſibus & ipſis parum extenſis veluti ſinuatur; conſiſtentia membranacea eſt, ſolidiuſcula videlicet ſatis amœne virens & lævigatiſſima, nullo nempe nervulo ipſam aſperante, niſi peculiari quodam inſigni & nigro, quem pediculus brevis, ſed paulo ad originem tumidus productione ſua inſtituit, quique totam mediam ejus extenſionem percurrit.

Plantam apud Inſulam Sandominicanam reperi, ſed raro, ſemperque ſaxis humidis adnaſcentem.

PLANCHE CXXXII.

Langue de Cerf aiguë, & à pointes poudreuſes ſur le bord.

LE corps de la racine de cette Langue de Cerf eſt proprement formée par pluſieurs petites racines ramaſſées, & ſemblables aux racines du Polipode, & de la meſme conſiſtence, excepté qu'elles ſont beaucoup plus petites, plus branchuës, & couvertes d'une ſi grande quantité de petites fibres noires & condenſées, qu'elles forment comme une maniére de petit gazon bien touffu. De ces racines naiſſent toûjours ſept à huit feuilles d'environ un pied de longueur, & d'un peu plus d'un pouce de large au milieu, ayant les deux extrémitez étroites & pointuës, particuliérement celle d'en haut qui finit par une pointe étroite, & dont tout le derriére eſt bordé d'un cordon ou d'une petite bande, large d'environ une ligne, & formée par une poudre couleur de chaſtaigne.

Elles ont le contour tant ſoit peu inégal par quelques petites avances, & la conſiſtence épaiſſe & ſolide preſque comme du parchemin: leur ſurface eſt entiérement unie, d'un aſſez beau vert, & ſans aucune nervûre, ſi ce n'eſt par une nervûre particuliére aſſez élevée, d'une couleur noire qui les traverſe tout au long, & qui n'eſt formée que par la production du pédicule tres court, mais un peu gonflé en ſa naiſſance.

J'ay trouvé cette Plante dans l'Iſle Saint Domingue, mais rarement, & toûjours contre les rochers humides.

TABULA CXXXIII.

Lingua Cervina geminato folio.

EX fibris craſſiuſculis, ramoſis, & nigricantibus tota componitur hujus Linguæ Cervinæ radix; è cujus capite quædam aſſurgunt folia, & ipſa omnia gemella, binis ſcilicet partibus conſtantia adeo æqualibus, unique folio ſingulari ſimilibus, ut niſi prope & probe conſiderentur, pro totidem foliis ſingularibus accipias, reipſa tamen unicum & ſin-

PLANCHE CXXXIII.

Langue de Cerf à double feuille.

LA racine de cette Langue de Cerf eſt compoſée de pluſieurs groſſes fibres rameuſes, ligneuſes, & noires; qui pouſſent de leur teſte des feuilles toutes jumelles, c'eſt-à-dire compoſées de deux parties ſi égales & ſi ſemblables, chacune a une feuille, que ſi on ne les regarde de bien prés, on les prend aiſément pour autant de feuilles ſéparées les unes des autres, mais qui pourtant ſont

jointes

jointes par une membrane commune tout au commencement de leur baſe.

Chaque partie conſidérée ſéparément eſt tres ſemblable en tout aux feuilles de nos Langues de Cerf, excepté au contour ondé & ſinué par une dentelûre aſſez ample & preſque ronde. Leur pédicule commun ſe fourchant en deux un peu aprés ſa naiſſance, forme par une double production leur principale nervûre, d'où il s'en répand pluſieurs autres à chaque coſté, mais plus menuës, toutes obliques & paralleles, dans l'entredeux deſquelles on voit une groſſe tumeur, ſemblable à un ver chaſtain couché auſſi obliquement, & formé par un nombre infini de petites veſſies.

Je n'ay veu qu'une fois cette Plante, dans les Foreſts de l'Iſle Saint Domingue.

gulare folium ambæ conſtituunt, cum ipſas ad baſim ipſam membrana communis connectat.

Quælibet autem partium in ſeipſa conſiderata folium Linguæ Cervinæ vulgaris quamproxime in omnibus æmulatur, margine ſolum excepto, crenis latis, & fere rotundis undoſo & ſinuoſo. Pediculus ipſarum communis paulo à radice, gemina productione ſeſe extendens nervulum cuique diſtribuit, unde alii nervuli obliqui & paralleli, ad utrumque limbum ducuntur, intra ſepta ſua tuberculum ſatis amplum, verſiculatum, bæticum, oblique jacens, atque è veſiculis innumeris conſtans concludentes.

Plantam ſemel tantum mihi contigit invenire, per ſylvas Inſulæ Sandominicanæ.

PLANCHE CXXXIV.

Langue de Cerf, à racine traçante, verte, & tachetée de noir.

LA racine de cette Langue de Cerf eſt à peu prés auſſi groſſe qu'une plume à écrire, elle eſt noueuſe comme celle du Polipode, & trace de meſme que le Chien-dent parmi la mouſſe des rochers ou des arbres. Sa conſiſtence eſt un peu charnuë, mais dure & tant ſoit peu aſpre ; elle eſt entiérement verte, mais toute marquetée de petits points noirs, & garnie en toute ſa longueur de pluſieurs fibres noires, ondoyantes & cheveluës.

De cette racine il n'en ſort ordinairement que quatre à cinq feuilles à la fois, longues d'environ deux pieds, larges de prés de trois pouces, mais étroites & pointuës aux deux extrémitez, membraneuſes, & tant ſoit peu roides, d'un vert-gay, luiſantes en devant, plus foncées ſur le derriére, rendu rude par la nervûre qui occupe toute ſon étenduë. Le pédicule en s'allongeant forme la principale nervûre, d'où il en procede quantité d'autres à chaque coſté, courbées, obliques, ondoyantes, & toutes traverſées par d'autres de meſme nature, mais beaucoup plus menuës, enfermant dans chacune de leur enceinte, deux petits tubercules poudreux & tannez, tout joignant les ſecondes nervûres.

TABULA CXXXIV.

Lingua Cervina, radice repente, viridi, punctuliſque nigris notata.

RAdicem ſortitur hæc Lingua Cervina calamo ſcriptorio fere æqualem, Polypodii inſtar vulgaris nodoſam, gramineo more intra ſaxorum ceſpites aut arborum cortices muſcoſos repentem. Cujus equidem conſiſtentia carnoſa eſt, ſed duriuſcula, ſapore aſpero donata, viroreque punctulis nigricantibus inſignito omnino perfuſa, ac tandem plurimis fibris nigris, unduloſis & capillatis ſtipata.

Ex ipſa ut plurimum quaterna aut quina connaſcuntur folia duos pedes circiter alta, tres vero pollices ubi latiſſima lata, in utroque termino anguſta & acuta, rigidiuſcula, anterius è viridi læte ſplendentia, poſterius vero ſaturiora, nervuliſque totam ſuperficiem occupantibus aſperata. Pediculi etenim ipſorum producti totam longitudinem percurrentes, nervulum efformat primarium, unde quamplurimi ad latera procedunt obliqui, incurvi, undoſi, ac aliis tranſverſarios etiam incurvos & undoſos, ſed exiliores producentes, ac in quibuſlibet areis duo tubercula bætica & pulverulenta continentes.

Plantam per nemora montis vulgo Le Morne Rouge *reperi, regionis Arcis D. Petri apud Insulam Martinicanam.*

Je trouvay cette Plante parmi les bois du Morne Rouge, vers le quartier du Fort Saint Pierre à la Martinique.

TABULA CXXXV.

Lingua Cervina, rigida & glabra.

RAdicem obtinet hæc Lingua Cervina crassiusculam, longam, teretem, deforis nigricantem, fibrisque multis tortuosis & capillatis stipatam, intus vero è viridi fuscam, carnosam, & subadstringenti dulcore donatam. Caput ejus villosum conspicitur, foliaque ex ea prodeuntia pedem & semis circiter longa, paulo magis duos pollices lata, undosa, membranacea, rigida, glabra, sature tandem viresscentia.

Utrinque singula acuminantur pediculoque pollent etiam rigido, rotundo, nigricante, costamque per totam folii longitudinem producente satis eminentem, unde aliæ innumeræ tenuissimæque promanant alternatim, aut simplices, aut geminatæ, parallelæ, rectaque ad limbum è membrana tenui & subalbida contextum deductæ.

Semen hujus Plantæ in novellis tantum provenit foliis, quorum pediculus squamosus, summitas in spiram contorta, dorsum vero granulis minutissimis, & è bætico nigricantibus omnino contectum, margine illo membranaceo & subalbido duntaxat excepto.

Truncis arborum adnascentem Plantam reperi, secus viam qua ab Arce Divi Petri ad Caput terræ tenditur in Insula Martinicana.

PLANCHE CXXXV.

Langue de Cerf, roide & unie.

LA racine de cette Langue de Cerf est un peu grosse, assez longue, ronde, noiraſtre par dehors, & accompagnée de plusieurs fibres tortuës & cheveluës ; le dedans est charnu, d'un vert noir, & tant soit peu astringeant & douceâtre. Elle a la teste toute veluë, & pousse quelques feuilles longues d'environ un pied & demi, larges d'un peu plus de deux pouces, ondées tout à l'entour, membraneuses, mais roides, unies, & d'un vert foncé.

Chaque feuille a les deux extrémitez pointuës, & le pédicule arrondi, roide, uni, & presque noir ; lequel forme en s'allongeant tout le long de la feuille une coste un peu élevée, qui en fournit de chaque costé quantité d'autres tres menuës, tantost simples, & tantost doubles, toutes paralleles & bornées d'une membrane blanchaſtre & déliée, qui sert de bordure à la feuille.

La sémence de cette Langue de Cerf ne provient ordinairement que sur les feuilles qui ne font que de naistre, & dont le pédicule est tout parsémé de petites écailles pointuës, ayant l'extrémité roulée en spirale, & tout le dos couvert de petits grains noirs-tannez, excepté pourtant la bordure formée par une petite membrane blanchaſtre.

Je trouvay cette Plante sur les troncs des arbres, en allant du Fort Saint Pierre à la Cabsterre de la Martinique.

TABULA CXXXVI.

Lingua Cervina lucida, pediculis articulatis.

LOngissimam, reptantem, calamoque scriptorio non crassiorem obtinet radicem hæc Lingua Cervina, pilis ruffescentibus omnino contectam, fibrisque tenuissimis & ramosis stipatam : pilis vero

PLANCHE CXXXVI.

Langue de Cerf luisante, & à pédicules articulez.

LA racine de cette Langue de Cerf est tres longue, rampante, grosse comme une plume à écrire, & toute couverte d'un petit poil roussaſtre, entremélé de plusieurs fibres menuës & rameuses : aprés qu'on a

raclé ce poil, elle paroiſt alors verte, & toute pointillée de noir; ſa ſubſtance eſt charnuë de meſme que nos Polipodes vulgaires, & d'un gouſt aſtringeant & douceâtre. Elle pouſſe en toute ſa longueur des feuilles à pédicules noirs & articulez, & d'une membrane tres ferme, d'un vert foncé, ſi unie & ſi polie, que vous prendriez ces feuilles pour des piéces de ſatin, bordées d'un galon blanc, & toutes traverſées par des lignes parallelles, droites & tirées à angles droits ſur la principale nervûre. Elles ont les deux extrémitez pointuës, un pouce & demi de large vers le milieu, & environ un bon demi pied en toute leur étenduë; outre qu'elles ont le dos tout parſémé de quantité de petites verruës dorées, tantoſt arrangées en file tout le long de la nervûre, & tantoſt diſperſées d'un coſté & d'autre ſans ordre.

Je trouvay cette Plante ſur les pieds de quelques arbres abbatus dans une foreſt, ſur le Morne Rouge de la Martinique, vers le quartier du Fort Saint Pierre.

illis abraſis, denudata, tota vireſcens, punctuliſque innumeris nigricantibus inſignita apparet, carnoſa ut Polypodii vulgaris radix, guſtuque ſubdulci, ſed adſtringente prædita exiſtens. Folia per totam longitudinem depromit pediculis unico articulo geniculatis, nigris, politis, & lucidis inſidentia, firmiſſima, ſature equidem vireſcentia, ſed tam amœno lævore ſplendentia ut bombicini panni totidem fruſtra diceres tæniolâ albicante præcincta, utrinque acuminata, ſeſquipollicem ubi latiora lata, & paulo magis ſemipedem longa. Tota inſuper earum ſuperficies lineolis frequentiſſimis, rectis, parallellis, rectaque tranſverſalibus impreſſa; dorſum vero plurimis verruculis è pulvere minutiſſimo, & ex auro ruffeſcente compactis, modo juxta ſe rvulum ex ſerie ordinatis, nunc vero confuſis omnino reſperſum.

Plantam circa putreſcentes conciſarum arborum truncos repentem adinveni per ſylvas Montis, vulgo Le Morne Rouge, *Inſulæ Martinicanæ, ad regionem Arcis D. Petri.*

PLANCHE CXXXVII.

Langue de Cerf, couverte ſur le dos d'une pouſſiére dorée.

LA racine de cette Langue de Cerf trace de meſme que celle du Chien-dent entre la mouſſe des vieux arbres; car elle eſt tres longue, menuë, rameuſe, d'un roux tirant ſur le noir, & toute garnie de longues fibres tortuës. Elle pouſſe en toute ſa longueur des feuilles de meſme que nos Langues de Cerf, mais tant ſoit peu plus longues, plus étroites, plus roides, & ondées meſme plus légérement.

Chaque feuille n'a pas plus d'environ un pied de longueur, ſur environ un pouce de large: elles ont les deux extrémitez pointuës, le pédicule & la nervûre qui les traverſe, noirs & luiſans comme du Jaiet, le deſſus uni, poli, d'un tres beau vert, & le deſſous tout couvert d'une petite pouſſiére dorée, de la meſme façon que nos Céteracs ordinaires, chargé d'une double rangée de tas pou-

TABULA CXXXVII.

Lingua Cervina, pulviſculo aureo poſterius obducta.

GRaminis vulgaris inſtar ſuper annoſas arbores muſco incruſtatas reptant hujuſce Plantæ radices, quia longiſſimæ, tenues & ramoſæ exiſtentes, è nigro ruffeſcentes, duræ & fibris multis tortuoſis accinctæ. E quibus quædam exſurgunt folia Linguæ Cervinæ noſtrati prorſus ſimilia, licet paulo altiora, anguſtiora, rigidiora, leviuſque undulata.

Pedis circiter longitudinem, & pollicis latitudinem obtinent ſingula, utrinque acuminantur, pediculoque nigerrimo, ſplendente, & in nervum etiam nigerrimum ſe extendente innituntur. Supinâ parte omnino lævigantur, ſplendent, ac pulcherrime virent; pronâ vero pulviſculo aureo, ut in Aſpleniis noſtratibus penitus obducuntur, ac inſuper acervu-

lis ſubrotundis, & nigricantibus fere lentis magnitudine & duplici ſerie digeſtis, inſigniuntur.

In ſylvis Inſulæ Sandominicanæ Plantam reperi.

dreux, noiraſtres, preſque ovales, & grands comme des lentilles.

J'ay trouvé cette Plante dans quelques foreſts de l'iſle Saint Domingue.

TABULA CXXXVIII.

Lingua Cervina ſinuoſa, in ſummitate triſulca.

E Radice erucam nigricantem, innumeriſque fibris capillaceis inſtructam referente, quinque aut ſex prodeunt folia interdum magis quam ſemipedem, interdum vero tres pollices tantum alta, ſed ſingula pediculo ſuo tenui, nigro, & ſatis longo innixa, pollicem circite, & etiam paulo magis lata, ac in toto ambitu crenis latis & rotundis ſinuata. Ex his longiora tribus ad ſummitatem diffinduntur laciniis acuminatis, undoſis, ac multum à ſe invicem divaricatis: membranacea ſunt ſingula tenuiſſima, omnino unita, & dilute, ſed gratiſſime virentia.

Nulla in eis coſtularum, ſeu nervulorum tranſverſalium apparentia, ac ſi lumini ſolis oppoſita obſerventur, tum nervuli intimi clariſſime diſcernuntur in ramuſculos breviſſimos diſtributi, quos bini tuberculorum ordines comitantur pulveris exigui & caſtanei, dorſo foliorum affixi.

Per rimoſos arborum vetuſtarum cortices naſcentem Plantam collegi in illo monte qui vulgo Le Morne de la Calebaſſe, *apud Inſulam Martinicanam.*

PLANCHE CXXXVIII.

Langue de Cerf ſinueuſe, & refenduë au bout en trois pointes.

LA racine de cette Langue de Cerf reſſemble à une chenille noire, & toute couverte de petites fibres cheveluës ; elle pouſſe cinq à ſix feuilles de diverſes longueurs, dont les unes ont un peu plus d'un demi pied, & les autres tout au plus trois pouces, ayant toutes prés d'un bon pouce de largeur, le pédicule aſſez long, & tout le bord découpé par une crénelûre ronde & large, qui les rend toutes ſinueuſes. Les plus grandes ont cecy de particulier, que leur extrémité eſt fenduë en trois pointes fort écartées les unes des autres: toutes ces feuilles généralement ſont membraneuſes, déliées, unies & d'un vert fort clair & agréable.

On n'y voit aucune apparence de nervûre traverſiére, mais ſi on les regarde au ſoleil, on apperçoit qu'elles ſont toutes traverſées intérieurement par pluſieurs petites coſtes obliques & rameuſes, tout le long deſquelles paroiſſent deux rangées de petites verruës poudreuſes & tannées, attachées ſur le dos meſme de la feuille.

Je trouvay cette Plante ſur le tronc de quelques vieux arbres à la Martinique, vers *Le Morne de la Calebaſſe.*

TABULA CXXXIX.

Lingua Cervina, villis, & ſquamulis aureis muſcoſa.

RAdicem ſortitur capillaceam & nigram, ſeptem aut octo producentem folia, foliis Linguæ Cervinæ vulgaris perquam æmula, licet anguſtiora, breviora, pediculoque longiori & ſquamato innixa.

PLANCHE CXXXIX.

Langue de Cerf, mouſſuë de poils, & d'écailles dorées.

LA racine de cette Langue de Cerf eſt une touffe de fibres noires & menuës comme des cheveux; elle pouſſe ſept à huit feuilles fort ſemblables à nos Langues de Cerf ordinaires, quoy qu'elles ſoient plus étroites, plus courtes, & appuyées ſur des pédicules beaucoup plus longs, & tous couverts de petites écailles dorées.

Chaque

Chaque feuille n'a pas plus de demipied de longueur, ſur environ un pouce de large ; elles ſont toutes épaiſſes & fermes comme du vélin, & frangées tout au tour par un petit poil délicat & rouſſaſtre : leur devant eſt entiérement nud, & d'un tres beau vert luiſant ; mais leur dos eſt tout couvert de tres petites écailles dorées : elles ne portent point de ſémence, mais parmi elles il y en a toûjours une toute particuliére & beaucoup plus étroite, ſoûtenuë par un pédicule beaucoup plus long, & qui eſt toute couverte ſur ſon dos d'une petite graine luiſante & tannée.

Il ſemble que cette Plante ſoit toute couverte de mouſſe, à cauſe de tous ces petits poils, & de toutes ces petites écailles : on ne la trouve que rarement, tant à la Martinique, que dans l'Iſle Saint Domingue.

Quodlibet folium ſemipedalem fere longitudinem, & pollicarem latitudinem obtinet; ſingulaque membranacea ſunt & rigida, villiſque tenuiſſimis & ruffeſcentibus fimbriata: anterius nuda & læte virentia, poſterius vero ſeminum loco ſquamulis aureis penitus obducta: nuſquam hæc folia deferunt ſemina, ſingulare inter ipſa ſeſe erigit folium anguſtius multo, altiori pollens pediculo, averſaque parte pulviſculo ſeminali caſtaneo omnino præfulgens.

Tota Planta, tam villis, quam ſquamulis illis quibus obducitur, muſcoſa apparet: paucis locis ipſam reperi apud Inſulas Sandominicanam, & Martinicanam.

PLANCHE CXL.

Langue de Cerf étroite, & à trident.

LA racine de cette eſpéce de Langue de Cerf eſt compoſée de pluſieurs fibres noires, groſſes comme de la ficelle, & toutes remplies d'autres fibres chevelues : ſa teſte pouſſe ſept à huit feuilles, longues d'environ un pied, fort étroites en leur commencement, & qui augmentent inſenſiblement d'environ un bon pouce en largeur, juſques à ce qu'enfin elles ſe fourchent en trois pointes, qui forment une maniére de trident ou fourchette.

La conſiſtence de toutes ces feuilles eſt un peu plus ſolide que celle des Langues de Cerf ordinaires, & leur devant, qui eſt tout uni, & d'un tres beau vert, paroiſt traverſé en toute ſa longueur par une belle nervûre noire, polie & luiſante comme de l'Ebene : elles ont le dos entiérement couvert de tres petites écailles dorées de la meſme maniére que nos Cétéracs ordinaires, outre qu'il eſt comme galonné tout au tour par une petite bande noire & poudreuſe.

Je n'ay rencontré qu'une fois cette Plante dans les foreſts de l'Iſle Saint Domingue.

TABULA CXL.

Lingua Cervina anguſto, trifidoque folio.

E fibris multis capillatis, nigris, filoque craſſiori ſimilibus radicem compactam habet hæc Lingua Cervina: unde ſeptem aut octo erumpunt folia pedem circiter alta, ad initium anguſtiſſima, dein fere pollicis latitudinem ſenſim obtinentia, tandem tribus laciniis anguſtis & acuminatis trifurcata, ſeu tridentata.

Illorum ſubſtantia paulo quam in vulgaribus Linguis Cervinis ſolidior invenitur, facies ipſorum unita & amœno virore gratiſſima, inſuper nervulo nigerrimo & ſplendente per totam longitudinem diſcreta; dorſum vero furfuraceis ſquamulis aureis, ut in Aſplenio noſtrate eſt videre omnino incruſtatum, limboque interiori pulverulento & nigreſcente in toto circuitu præcinctum.

Planta eſt rara, ſemelque tantum apud Inſulæ Sandominicanæ ſylvas inveni.

TABULA CXLI.

Lingua Cervina furcata.

RAdices permultas obtinet hæc Lingua Cervina, fibrosas, multis fibrillis aliis capillatas, è castaneo fuscas, & è quodam fibrillarum nigricantium cespite provenientes: unde decem aut duodecim erumpunt folia, membrana tenui contexta, pedem circiter alta, & pollicem ubi latissima lata: anterius omnino lævia sunt, uni; & læte virentia, at posterius languide virescunt, nervulo unico nigricante & lucente sustentantur, innumerisque minutis squamulis ruffescentibus, & ad centrum brevissimo & tenerrimo aculeolo munitis, per totum conspersa apparent.

Ex his plurima ad tertiam circiter altitudinis partem in duos se bifurcant ramos, & hi sæpissime in alios duos divisi in cuspidem desinunt acutissimam, ac limbo pulverulento castaneoque posterius accinctam.

In sylvis Insulæ Sandominicanæ Plantam adinveni.

PLANCHE CXLI.

Langue de Cerf fourchuë.

LA racine de cette Langue de Cerf eſt compoſée de quantité de fibres d'un gris tanné, & toutes garnies de petits rameaux chevelus, & qui ſemblent ſortir d'un petit gazon hériſſé de quantité de petites fibres: de ce meſme gazon s'élevent auſſi dix à douze feuilles membraneuſes fort déliées, hautes d'environ un pied, & larges d'un pouce à l'endroit le plus étendu: elles ont le devant fort uni, & d'un tres beau vert, le dos de couleur morne, traverſé en long par une ſeule nervûre noire & luiſante, & tout parſémé de quantité de tres petites écailles rouſſaſtres, garnies chacune dans le milieu d'un petit aiguillon tendre.

Preſque toutes ces feuilles ſe fourchent vers le tiers de leur hauteur en deux rameaux, & la pluſpart de ceux-cy en deux autres extrémement pointus & bordez tout le long de la pointe par deux bourrelets, compoſez d'une pouſſiére tres menuë & tannée.

J'ay trouvé cette Plante dans les foreſts de l'Iſle Saint Domingue.

TABULA CXLII.

Lingua Cervina craſſiori, & breviori folio.

RAdicem prorsus Polypodii noſtratis obtinet hæc Lingua Cervina, eamdem ſcilicet formam, magnitudinem, ſubſtantiam, & colorem, at penitus fibrillis brevibus & exiguis obtectam, foliaque producentem foliis Linguæ Cervinæ vulgaris perquam ſimilia, licet tum breviora, tum carnoſiora, atque ad radicem & ad ſummitatem acuminata; ſex pollices circiter ſunt alta; pollicem, ubi latiſſima lata, membranæ in modum rigida, ac tandem limbulo ſeu lineola interiori præcincta. Singula è luteo virescunt, coſtaque in longum porrecta, aliaſque exiliores & obliquas undequaque producente ſuſtentata. Semen verſus ſummitatem in-

PLANCHE CXLII.

Langue de Cerf à feuilles épaiſſes, & courtes.

LA racine de cette Langue de Cerf reſſemblable en figure, en groſſeur, en ſubſtance, & en couleur à celle de nos Polipodes d'Europe, excepté qu'elle eſt toute couverte de petites fibres noires; elle pouſſe auſſi quelques feuilles fort ſemblables à celles de nos Langues de Cerf, quoy qu'elles ſoient plus courtes & plus épaiſſes; car elles ſont pointuës par les deux bouts, longues d'environ ſix pouces, larges d'un & demi à l'endroit le plus large, fermes & épaiſſes comme du vélin, & toutes bordées par une petite ligne intérieure. Elles ont le dos traverſé en long par une coſte relevée, qui en diſtribuë de tous coſtez pluſieurs autres menuës, obliques, & paralleles: leur couleur eſt d'un vert fort agréable, tirant tant ſoit peu ſur le jaune. Elles ne portent leur ſé-

mence que vers l'extrémité de leur dos, & ramaſſées par pelotons tous veloutez d'or, & rangez entre deux nervûres traverſiéres: leur ſurface paroiſt auſſi toute chagrinée par un petit grain extrémement délicat, & quand on l'examine avec un Microſcope, on y découvre une broderie admirable, formée par un tiſſu de petits yeux ondez, & d'un or le plus éclatant & le plus brillant du monde.

Je trouvay cette Plante ſur le Morne de la Calebaſſe à la Martinique.

ter illas coſtulas ordinatim collocatum, ac per glomulos aureis pilis villoſos congeſtum proferunt: eorum etiam ſuperficies extima Zegrini inſtar ſubtiliſſimi granulis minutiſſimis aſperiuſcula conſpicitur, quæ Microſcopio examinata omni opere phrygio ſeu plumario excellentior jucundiorque deprehenditur, tota nempe ocellis aureis, unduloſiſque depicta præfulgens.

Hanc verſus montem vulgo Le Morne de la Calebaſſe, *in Inſula Martinicana adinveni.*

PLANCHE CXLIII.

Langue de Cerf à feuilles tres longues & tres étroites.

LA racine de cette Langue de Cerf n'eſt proprement qu'un amas de pluſieurs pédicules pourris mélez de pluſieurs petites fibres rouſſaſtres, & toutes couvertes de mouſſe: elle jette quantité de feuilles très longues & tres étroites, car elles n'ont pas plus d'une ligne & demie de large, ſur environ trois pieds de longueur: elles ſont fort pointuës, ſolides, épaiſſes comme du parchemin, unies, & d'un vert aſſez gay par devant, mais toutes traverſées de biais en derriére par quantité de petites nervûres tres proches les unes des autres; outre ce elles ont auſſi le bord replié en dedans, & couvrent tout le long de leur pli un nombre infini de tres petites veſſies noiraſtres.

J'ay rencontré cette Plante en pluſieurs endroits des Iſles de l'Amérique, particuliérement à la Source de la Riviére froide, vers le quartier du Port de Paix, dans l'Iſle Saint Domingue.

TABULA CXLIII.

Lingua Cervina longiſſimis, & anguſtiſſimis foliis.

E putrefactis foliorum pediculis videtur compingi hujuſce Linguæ Cervinæ radix, permixtis quibuſdam fibris ruffeſcentibus ac muſcoſis: ex ea innumera conſurgunt folia longiſſima, anguſtiſſimaque, vix unciam & ſemis nempe lata, ac tripedalem interdum longitudinem obtinentia: quæ quidem membranæ inſtar ſolidiuſcula ſunt, glabra deſuper, ſatiſque lætè virescentia, at poſterius nervulis innumeris, frequentiſſimis & obliquis lineata, limbo tandem poſterius complicato, ac ſub plicatura ſua minutiſſimas nigricanteſque veſiculas contegente, accincta.

Variis locis Inſularum Americanarum Plantam comperi, potiſſimum ad Fontem Fluminis frigidi, prope Portum Pacis Inſulæ Sandominicanæ.

PLANCHE CXLIV.

Langue de Cerf à trois feuilles étroites, & dentelées délicatement.

LA racine de cette Langue de Cerf eſt une groſſe touffe de fibres noires & déliées preſque comme les cheveux de la teſte: elle pouſſe pluſieurs coſtes noires, polies, & luiſantes comme de l'Ebéne, canelées en devant, hautes de prés de trois pieds, & un peu

TABULA CXLIV.

Lingua Cervina triphylla, anguſta, & leviter ſerrata.

RAdicem ſortitur hæc Planta è multis capillamentis nigricantibus ac tenuiſſimis congeſtam, atque plurimas producentem coſtas fere tripedales, calamo ſcriptorio paulo craſſiores, anterius levi ſulco exaratas, ac tandem inſtar Ebeni

politi, nigras, unitas ac ſplendentes.

Statim fere à radice ſingulæ aut oppoſita, aut alterna proferunt folia è tribus foliis communi pediculo aſſidentibus conflata; quorum ſingula ſeorſim animadverſa ſalicis noſtratis vulgaris foliis valde fiunt æmula, anguſta ſcilicet, longiuſcula, utrinque acuminata & leviſſime per totum circuitum ſerrata. Membranacea tamen inſunt perpulchre undique virentia, ſulculis tenuiſſimis inſculpta, & nervulo nigerrimo & elucente ſuſtentata.

Semen nuſquam proferunt hæc folia, at ex eadem radice peculiaris ut plurimum interdum binæ exſurgunt coſtæ paulo cæteris exiliores & breviores, at ſimili modo folia deferentes per totum utrumque latus, è duobus tantum foliis uni pediculo innixis, ac cæteris anguſtioribus formata: ex his ſingula nulla penitus denticulatione ſerrantur, aſt denticulorum loco, limbo poſterius complicato præcinguntur, ac pulviſculo ſeminali ruffeſcente, & totam limbi & nervuli longitudinalis intercapedinem occupante, inducuntur.

Rara eſt Planta & ipſam nuſquam niſi juxta rivulorum fluenta, aut è ſaxorum rimis, aut inter ipſa ſaxa naſcentem obſervavi apud Inſulam Sandominicanam.

plus groſſes que des plumes à écrire.

Toutes ces coſtes ſont garnies preſque en toute leur longueur de feuilles alternes ou oppoſées; & chaque feuille ſemble eſtre compoſée de trois attachées enſemble ſur un meſme pédicule; chacune de ces trois feuilles conſidérée ſéparément approche fort de la figure de celles de nos Saules d'Europe, étant longuette, étroite, pointuë par les deux bouts, légérement dentelée. Leur ſubſtance eſt neanmoins membraneuſe, d'un tres beau vert, ſillonnée délicatement & traverſée par une petite nervûre noire & luiſante auſſi comme de l'Ebéne.

On ne voit point de ſémence ſur aucune de ces feuilles, mais de la meſme racine s'éleve ordinairement une coſte particuliére, & meſme quelque fois deux un peu plus courtes, & un peu plus menuës que les précédentes, & chargées tout le long de chaque coſté de feuilles ſituées de la meſme maniére que les précédentes, mais compoſées ſeulement de deux feüilles portées ſur un meſme pédicule: ces derniéres feuilles ſont beaucoup plus étroites que les premiéres, & au lieu d'eſtre dentelées, elles ont le bord replié en dedans, & tout l'eſpace compris entre cette bordure & la nervûre qui les traverſe en long, entiérement couvert d'une petite pouſſiére rouſaſtre.

Je n'ay trouvé cette Plante que rarement, mais toûjours le long des ruiſſeaux parmi les rochers, dans l'Iſle Saint Domingue.

TABULA CXLV.

Hemionitis maxima, Linguæ Cervinæ affinis.

RAdix hujuſce Plantæ tota nigricans capillaceiſque fibrillis compacta, coſtas emittens quinas aut ſenas, nigras, læves, tripedales, inque folium amplum: haſtis illis ſecuriclatis ſimillimum, nempe cuſpidatum, ſinuatum, & ad baſis utrumque latus apophyſi longiuſcula & acuminata ampliatum deſinentes. Media eorum altitudo infima omnino nuda conſ-

PLANCHE CXLV.

Grande Hemionite; approchante de la Langue de Cerf.

LA racine de cette Hemionite eſt fibrée, noire, & cheveluë; elle pouſſe cinq à ſix coſtes noires, unies, longues d'environ trois pieds, & groſſe d'environ une ligne. Chacune de ces coſtes finit par une feuille aſſez grande, & preſque ſemblable à une de nos anciennes hallebardes à cauſe de la longueur de ſa pointe, & de quelques ſinuoſitez, mais plus particuliérement à cauſe de deux grandes avances pointuës qui en élargiſſent la baſe. Ces meſmes coſtes ſont toutes entiérement

rement nuës depuis la racine juſques vers le milieu, aprés quoy elles ſont garnies de quatre ou cinq paires de feuilles tres ſemblables aux feuilles de Langue de Cerf, excepté la premiére paire, dont les baſes s'étendent par deux apophyſes, l'une aſſez longue & pointuë, & l'autre plus courte & émouſſée; celle-cy regardant la partie ſupérieure, & celle-là l'inférieure.

Toutes ces feuilles ſont membraneuſes & déliées, leur coloris eſt d'un vert un peu morne; elles ont le devant aſſez uni, & le dos relevé de quelques nervûres traverſiéres & courbes, tout le long deſquelles régne une rangée de quelques tubercules, couverts au commencement d'une petite membrane blanche, & taillée en fer de cheval, laquelle ſe détachant dans la ſuite, montre un gros tas d'une petite graine minime.

Je trouvay cette Plante ſur le Morne Rouge, vers le quartier du Fort Saint Pierre à la Martinique.

picitur reliqua vero ſcilicet ſuperior foliis ſex aut octo inſtruitur oppoſitis, Linguæ Cervinæ maxime affinibus, undoſo ſimplicique ductu protractis, exceptis tamen binis inferioribus, quæ ad baſis infimam partem in apophyſim ſatis protenſam, ad ſupernam vero in breviſſimam, & obtuſam dilatantur.

Singula membranacea ſunt & tenuia, fuſce vireſcentia, anterius lævia, poſterius vero nervulis ſuſtentata incurvis & obliquis; juxta quos tranſcurrunt tubercula quædam, prius membranula quadam albida & ferri equini in modum lunatâ, connecta, dein tandem membranula illa abeunte in acervulos minutiſſimi pulveris è bætico nigreſcentis, protuberantia.

Plantam in Inſula Martinicana, ad Montem qui vulgo dicitur, Le Morne Rouge, *ad partes Arci D. Petri vicinas collegi.*

PLANCHE CXLVI.

Grande Hémionite à cinq feuilles.

LA racine de cette Hémionite eſt toute chéveluë & noire; elle pouſſe cinq à ſix coſtes, longues d'environ trois pieds, & groſſes d'environ deux lignes, rondes, mais un peu canelées par devant, & terminées par une feuille, taillée preſque comme un fer de pique, d'environ un pied d'étenduë, ayant le bord ondoyant par une ſinuoſité peu profonde.

Au deſſous de cette feuille il en naiſt encore deux autres paires, poſées également des deux coſtez de la meſme coſte, taillées à peu prés de la meſme façon, mais un peu moindres que la premiére, les deux plus baſſes ayant une oreillette ronde vers la partie inférieure de la baſe. Elles ſont membraneuſes, unies, d'un vert paſle, & traverſées tout le long du dos par une nervûre aſſez élevée, qui en diſtribuë à chaque coſté d'autres beaucoup plus menuës, mais toutes courbes & paralleles, dont l'entre-deux eſt auſſi traverſé par d'autres encore beaucoup plus menuës & ondées.

TABULA CXLVI.

Hemionitis maxima, quinquefolia.

RAdiculis pollet capillaceis, & nigris hæc Hemionitis; è quibus quinque aut ſex producuntur coſtæ tripedalis altitudinis, pennæ anſerinæ craſſitiei, teretes, excavatæ tamen & in folium deſinentes, circiter pedem longum, & cuſpidis lanceæ in modum effigiatum, ſinubuſque parum profundis undulatum.

Ad utrumque ejuſdem coſtulæ latus priori folio ſubnaſcuntur binæ aliorum foliorum conjugationes; quæ quidem folia minora ſunt, ſed eodem modo ſe habentia, ſcilicet cuſpidem lanceæ referentia, inferioribus tamen ad imam baſis partem auricula ſubrotunda ampliatis. Singula membranacea ſunt & glabra, pallide paulo virentia, poſterius nervulo in longum diſcurrente prædita, unde ad margines nervuli alii decurrunt paralleli & incurvi, alios ſemper exiliores & ſinuoſos interſtitiis ſuis complectentes.

Recentiora hujus Plantæ folia pedi paſtoralis in modum contorta, pulviſculoque minutiſſimo & nigricante poſterius omnino obducta conſpiciuntur, quæ tandem ſe expandentia pulviſculo illo denudantur, ac in prædictam provehuntur amplitudinem & figuram.

In ſylvis ab arborum frequentia umbroſis aut juxta rivulorum fluenta ubi copioſiorem atque etiam ampliorem conſpexi, potiſſimum naſcitur hæc Planta: quam juxta regionem Portus Pacis apud Inſulam Sandominicanam inveni.

Lorſque ces feuilles commencent à pouſſer, elles ſont roulées de telle maniére qu'elles repreſentent aſſez bien une petite croſſe d'Eveſque; alors elles ſont toutes couvertes d'une crouſte noiraſtre & poudreuſe, laquelle s'évanouit à meſure que les feuilles prennent leur forme & leur étenduë ordinaire.

Cette Plante croiſt particuliérement dans les foreſts ombrageuſes, ou bien le long des ruiſſeaux, & c'eſt en ces endroits où elle devient beaucoup plus ample : j'en ay trouvé pluſieurs fois vers le quartier du Port de Paix dans l'Iſle Saint Domingue.

TABUL.. CXLVII.

Hemionitis altera, pentaphylla elegantior.

Radice facie & ſubſtantia præcedenti perquam conformis eſt hæc ſpecies, ab ipſa tamen diſſimilis, quia foliis prædita ſit anguſtioribus, acutioribus, & ad baſim in amplas & longas apophyſes diſtentis. Ambitus quoque eorum, aut undulatus, aut obtuſis & levibus laciniis parum profunde crenatus : ipſis inſuper peculiare ineſt, quod tota ipſorum averſa ſuperficies tuberculis plurimis è nigricanti us veſiculis, conflatis onuſtata conſpiciatur, coſtæque tandem ac nervuli ex ipſis procedentes glabri nigerrimi lucidi inſtar Ebeni polti.

Tota Planta exceptis coſtis ac nervulis amœniſſime viret, membranacea eſt ac tenuis ; rivulos potiſſimum amat aut ſaxa humentia : ipſam multoties ac pluribus locis adinveni apud Inſulam Sandominicanam.

PLANCHE CXLVII.

Autre Hemionite à cinq feuilles, beaucoup plus belle.

CEtte eſpéce d'Hemionite eſt tout-à fait ſemblable à la précédente quant à ſon port, à ſa racine, & à ſa conſiſtence ; mais ſes feuilles ſont beaucoup plus étroites, plus pointuës, & fenduës à leurs baſes par des apophyſes plus grandes & plus étenduës. Leur contour eſt auſſi ou ondé, ou découpé légérement par quelques crenelûres émouſſées : elles ont outre cela cette différence que leur dos eſt chargé de pluſieurs tubercules, formez par une petite pouſſiére, c'eſt-à dire par quantité de petites véſicules noiraſtres : leurs coſtes, & les nervûres qu'elles forment par leurs productions ſont noires & luiſantes comme de l'Ebéne polie.

Toute la Plante, excepté les coſtes & les nervûres, eſt d'un tres beau vert, & d'une conſiſtence déliée & membraneuſe ; elle croiſt particuliérement le long des ruiſſeaux, ou bien ſur les rochers humides : j'en ay veu pluſieurs fois, & en pluſieurs endroits de l'Iſle Saint Domingue.

TABULA LXVI.

Hemionitis pumila, pentaphylla, & rotundè dentata. *Fig. A.*

E Tenuiſſimis, breviſſimis & nigricantibus fibrillis radix hujuſce Plantæ compacta quinque aut ſex emittit pediculos ſatis tenues, breves, & inſtar

PLANCHE LXVI.

Petite Hemionite à cinq feuilles, & à dentelûres rondes. Fig. A.

LA racine de cette Plante n'eſt compoſée que de fibres tres menuës noiraſtres & courtes ; elle pouſſe cinq à ſix pédicules aſſez bas, minces, noirs & luiſans comme ceux

des Capilaires communs, & tous terminez par une feuille pointuë, mais élargie à la baſe, & découpée par des oreillons ronds, aſſez amples, & dentelez par une petite crenelûre ronde : ſous celle-cy on en voit quatre ou ſix autres oppoſées de deux à deux, & toûjours plus grandes à meſure qu'elles approchent plus de la racine : elles ſont auſſi pointuës & découpées de meſme que la premiére ; mais les deux inférieures ont ceci de particulier, qu'elles ont la partie inférieure de la baſe un peu plus étenduë par un oreillon plus large.

Toutes ces feuilles ſont membraneuſes, fort minces, & d'un vert aſſez agréable ; tout leur devant eſt ſillonné fort légérement, & leur dos chargé de quelques tumeurs oblongues, formées par une petite pouſſiére tannée.

Toute la Plante n'a pas plus d'étenduë que la paume de la main ouverte : elle prend particuliérement racine parmi les fentes des rochers ; j'en trouvay en quelques endroits de la Martinique.

pediculorum. Adianti vulgaris ſplendentes & nigros ; quorum ſummitati unicum inſidet folium cuſpidatum, & auriculis ſatis amplis, rotundis, & rotunde crenatis inciſum. Huic ſubſunt binæ ut plurimum interdum & ternæ ſimilium foliorum conjugationes, eo magis ampliores, quo magis ad radicem accedunt ; inferiora tamen folia baſis infima parte extenduntur in auriculam ampliorem.

Singula illa folia membranacea ſunt & tenuia, læte vireſcentia, ad faciem leviter rugulis exa[illegible] ad dorſum vero plagulis quibuſdam tumentibus oblongis, bæticis & pulverulentis onuſtata.

Tota Planta palmam manus extenſam vix ſuperat ; perque ſaxorum rimas radices ſuas agentem : pluribus in locis reperi apud Inſulam Martinicanam.

PLANCHE CXLVIII.

Tres grande Hemionite à trois feuilles.

CEtte Plante a ſes racines menuës, noires, & cheveluës ; elle pouſſe ſix à ſept pédicules fort déliez, noirs, polis, ronds, & d'environ demi pied de hauteur : chacun d'eux ne porte ordinairement que trois feuilles un peu amples, dont l'une eſt placée à l'extrémité, & les deux autres à chaque coſté un peu au deſſous de la premiére, laquelle eſt toûjours la plus grande, & oreillée de chaque coſté ; les deux plus baſſes n'ayant que la partie inférieure de la baſe, oreillée, & un peu plus étenduë que la partie ſupérieure.

Ces trois feuilles ſont pointuës & membraneuſes, d'un vert gay & luiſant par deſſus, ayant leur deſſous tout traverſé par une belle nervûre noire, & tout parſémé de pluſieurs tubercules en nombril, compoſées d'une petite pouſſiére un peu brune.

On trouve particuliérement cette Plante dans les foreſts humides, & ſur les rochers, le long des ruiſſeaux : j'en ay rencontré en plu-

TABULA CXLVIII.

Hemionitis maxima, trifolia.

RAdices habet hæc Planta exiles, nigras & capillaceas ; unde pediculi ſex aut ſeptem enaſcuntur tenues, nigri, ſplendentes, glabri, teretes, pauloque magis quam ſemipedem alti : hos tria adornant folia paulo ampla, quorum unum ipſorum ſummitati prominet : cæterum vero unum hinc, aliud inde ſubjacent illi ſuperiori, quod inferioribus ſemper paulo amplius atque in utroque latere auricula pauliſper diſtentum, cum in inferioribus, tantum baſis ima regio paulo magis amplietur, unicaque auricula protendatur.

Singula autem illa folia cuſpidata ſunt & membranacea, parte ſupina lævia, læte viridia & lucentia, prona vero coſtulis obliquis & nigricantibus donata, plurimiſque inſuper tuberculis umbilicatibus pulverulentis & fuſcis reſperſa.

Planta frequenter reperitur, tum per ſylvas umbroſas, tum per ſaxa rivulis

defluentibus humentia apud Insulas Martinicanam & Sandominicanam.

Filix, seu Hemionitis dicta Caribeorum, amplissimis foliis trifoliata. *Pluk. Almag. Botan. 155. & Phytogr. Tab. 291. fig. 4.*

sieurs endroits à la Martinique, & dans l'Isle Saint Domingue.

Fougére, ou Hémionite dite des Caraïbes, à trois grandes feuilles. Pluk. Almag. Botan. 155. & Phytogr. Planche 291. fig. 4.

TABULA CXLIX.

Hemionitis trifolia, villis tenuibus & ruffis fimbriata.

RAdiculæ huic Plantæ insunt plurimæ vermiculares in fasciculum veluti collectæ, nig[illegible]antes, pilis tenuissimis capillatæ, & ad cespitulum è fibrillis, pediculorum scilicet reliquiis, compactum, adunatæ: è cespitulo vero octo circiter elevantur pediculi tenues, è nigro rubentes, politi, splendidi, variasque altitudines sortiti, semipedalem nempe & tripollicarem in singulorum summitatibus tria expanduntur folia, trifolii vulgaris in modum collocata, quorum medium lateralibus paulo amplius in cuspidem longiorem protenditur, ad basim angustatur & ad latera quatuor aut quinque auriculis sinuatur: cætera undosa sunt & simplici ductu contenta, ad basis tamen infimam partem auricula unica solummodo dilatata.

Palmæ manus amplitudinem paulo magis superant tria illa folia in simul constituta; singula pilis brevissimis & ruffescentibus fimbriantur, membranâque constant tenuissimâ, anterius læte virescente & unitâ, posterius vero fature, nervulis sustentatâ, tuberculisque bæticis & pulverescentibus onustatâ.

Plantam in Insula Sandominicana reperi, juxta locum quemdam, qui vulgo Le Fond de Baudin *nuncupatur, ad regionem Leoganæ.*

PLANCHE CXLIX.

Hémionite en tréfle, & frangée d'un petit poil roux.

LA racine de cette Hémionite ressemble à un petit paquet de petits vermisseaux noirs & velus, attachez tous ensemble à un petit gazon, formé par les restes des vieux pédicules, & qui en pousse sept à huit menus, d'un rouge noirastre, unis, luisans; les uns ayant environ demi pied, & les autres environ trois pouces: chaque pédicule est surmonté de trois feuilles, disposées en tréfle, dont celle du milieu est toûjours la plus grande, la plus pointuë, rétressie à la base, & sinuée sur les costez par quatre ou cinq oreillettes rondes: les collatérales sont aussi pointuës, simplement ondées, & n'ont qu'une seule oreille à la partie inférieure de la base.

Ces trois feuilles mises ensemble ont un peu plus d'étenduë que la paume de la main; elles sont toutes frangées par un petit poil roux, & composées d'une membrane fort déliée, unie, & d'un vert clair sur le devant, mais relevée sur le dos par une petite nervûre & par plusieurs tubercules d'une poussiére fine & tannée.

Je trouvay cette Plante vers un quartier qu'on appelle *Le Fond de Baudin*, proche Léogane de l'Isle Saint Domingue.

PLANCHE CL.

Hémionite fenduë par des découpûres creſpuës.

LA racine de cette Hémionite reſſemble fort, tant en figure que grandeur à un épi de Maiz, toute garnie de fibres noires & menuës : à la regarder en dehors, elle eſt noiraſtre & toute raboteuſe par les reſtes des vieux pédicules, mais elle eſt paſle au dedans, douçaſtre, ferme & charnuë.

Cette racine pouſſe de ſa teſte quelques coſtes hautes d'environ deux pieds, unies, tannées, arrondies, & groſſes d'environ une ligne, & de couleur chaſtain. Du milieu de ces coſtes en montant naiſſent ſix ou ſept feuilles oppoſées, taillées en maniére de faucille, pointuë à l'extrémité, & découpée tout au tour par des pointes creſpuës & ondées.

Ces feuilles ont environ trois à quatre pouces de long, & environ deux de large à la baſe, dont la partie inférieure eſt découpée par une production aſſez longue & pointuë : enfin les meſmes coſtes ſont toûjours terminées par une feuille particuliére, un peu plus grande & découpée plus profondement que toutes les autres; elles ſont pourtant toutes fort minces, d'un vert gay par deſſus, & chargées en deſſous de quelques petites nervûres noires, & de pluſieurs gros tubercules poudreux dans l'entredeux de ces nervûres.

Je trouvay cette Plante dans les foreſts de l'Iſle Saint Domingue.

TABULA CL.

Hemionitis laciniis criſpis inciſa.

SPicam Maizii fibrillis nigris & tenuiſſimis capillatam, tum forma, tum magnitudine refert hujus Hemionitidis radix; deforis tota nigricans & è putridis pediculorum reliquiis tota aſperata, intus vero pallida, carnoſa, firma, & ſubdulcis.

Ex ejus ſummo cortice coſtulæ quædam conſurgunt binos pedes circiter altæ, politæ, teretes, caſtaneæ, & unciam circiter craſſæ; è quarum media fere altitudinis parte ſex aut octo enaſcuntur folia oppoſita, falcata, ad ſummitatem cuminata & per totum circuitum laciniis criſpis & undoſis inciſa.

Singula tres aut quatuor pollices ſunt longa, duos circiter ad baſim lata, & interius longiori lacinia auriculata : ad ſummitatem tandem cujuſque coſtulæ ſingulare ſupereminet folium, cæteris paulo amplius, amplioribuſque laciniis etiam diviſis & criſpis inciſum : ſingula membrana tenui, qualem in Adianto vulgari videmus, conſtant anterius multum lævigantur & læte virent, poſterius vero ſaturius, nigriſque nervulis & amplis tuberculis bæticis & pulverulentis interdictos nervulos, poſitis adſtruuntur.

Per ſylvas Inſulæ Sandominicanæ hanc Plantam obſervavi.

PLANCHE CLI.

Hémionite dorée & veluë.

CEtte Plante a pour racines pluſieurs petites fibres noires & menuës comme des cheveux de teſte, d'où ſortent neuf à dix feuilles, partie élevées, & partie couchées à terre ; celles-cy ayant leurs pédicules courts, au lieu que celles des autres ſont aſſez longs.

Tous ces pédicules n'ont pas l'épaiſſeur de plus d'une ligne ; ils ſont tous rougeaſtres & velus, & chaque feuille n'eſt pas plus grande

TABULA CLI.

Hemionitis aurea, hirſuta.

EFibrillis plurimis nigris, & capillorum inſtar tenuiſſimis tota formatur hujuſce Hemionitidis radix ; unde progrediuntur novem, aut decem folia partim ſurſum erecta, partim terræ adjacentia hæc pediculis brevioribus innituntur, illa vero altioribus.

Pediculi ſinguli vix uncialem habent craſſitiem, rubicundi ſunt & villoſi ; folia vero palmæ manus amplitudinem vix

ſuperant, & Ricini vulgaris in modum palmata inſunt, in quinque ſcilicet partes acuminatas & rotunde crenatas inciſa: deſuper glabra ſunt & ſatura viriditate nitent, ſubtus vero nervulis ſature rubentibus ſuſtentantur, inſuper reticulatim omnino inſculpuntur: ex ipſis quæ altioribus ſuffulciuntur pediculis pulvere aureo ad poſticam partem inſignita conſpiciuntur; ac quidpiam illis peculiare provenit, quod ſcilicet è ſinu alicujus fiſſuræ aliud foliolum trilobatum tanquam ſoboles è ſinu parentis naſcuntur.

que la paume de la main, & ſont toutes fenduës en cinq parties pointuës, & crénelées en rond à peu prés comme les feuilles de nos vulgaires: elles ont le deſſus d'un beau vert luiſant, mais foncé, & le deſſous ſouſtenu par une nervûre rouge, & tout inſculpé preſque en réſeau par de petites mailles. Les feuilles, qui ne rampent pas ſur la terre, ont toutes les creux que forment ces mailles remplis d'une petite pouſſiére dorée; & ont encore cecy de particulier, que dans les encognûres de la pluſpart il y naiſt une petite feuille diviſée en trois lobes ou oreillettes arrondies, comme un enfant ſortant du ventre de ſa mere.

Tota Planta pilis tenuibus & brevibus hirſuta exiſtit, ſaxiſque ſylvarum potiſſimum provenit: ipſam variis in locis i peri apud Inſulas Martinicam, Guadalupam, & Sandominicanam.

Filix Hemionitis dicta, Saniculæ foliis villoſa. *Pluk. Almag. Botan. 155. & Phytogr. Tab. 291. fig. 4.*

Hemionitis folio hirſuto, & magis diſſecto, ſeu Ranunculi folio. *Sloane Catal. Plant. Jamaïc. 14.*

Toute la Plante eſt veluë, elle croiſt particuliérement ſur les rochers parmi les bois: j'en ay rencontré en pluſieurs endroits de la Martinique, de la Guadeloupe, & de l'Iſle Saint Domingue.

Fougére dite Hémionite, veluë & à feuilles de Sanicle. Plukenet Almag. Botan. 155. & Phytogr. Planche 291. fig. 4.

Hémionite à feuilles veluës & plus découpées, ou bien à feuilles de Renoncule, du Sr Sloane Catal. des Plant. de la Jamaïque 14.

TABULA CLII.

Hemionitis profunde laciniata, ad oras pulverulenta.

RAdix hujus Hemionitidis innumeris tenuiſſimis, longiſſimis & nigris capillamentis conflatur, ſeptem aut octo emittens pediculos inæqualis altitudinis, ſed omnes nigerrimos tenues rotundos, ac inſtar Ebeni politi ſplendentes.

Singularia in ſingulis pediculis ſupereminent folia, ſed pro altitudine pediculorum varia; nempe ſuper altioribus ampliora & laceriora, ſuper brevioribus vero integriora & anguſtiora; hæc palmæ manus amplitudinem vix æquant inque tres partes diffinduntur acuminatas, mediâ parte tribus aut quatuor auriculis ſubrotundis incisâ, reliquis vero lateralibus ad infimam baſis partem in binas tantum apophyſes protenſis: longioribus adnixa pediculis triplo exiſtunt grandiora, inque tres partes uſque ad ipſum pe-

PLANCHE CLII.

Hémionite fort découpée, & bordée de pouſſiére.

CEtte Hémionite a auſſi ſa racine compoſée de quantité de fibres noires, tres longues, & menuës comme des cheveux: elle pouſſe ſept à huit pédicules de diverſes longueurs, mais tous noirs, ronds, unis, & luiſans comme de l'Ebene polie.

Les plus longs pédicules ſupportent auſſi une plus grande feuille, & bien plus découpée que celles que portent les plus courts, car la feuille que chacun de ceux-cy porte n'eſt pas plus grande que la paume de la main, & fenduë en trois piéces pointuës, dont celle du milieu eſt encore refenduë par quelques oreillons arrondis: celles qui naiſſent aux coſtez n'ont que la partie inférieure de la baſe fenduë par deux oreillettes.: les autres feuilles, qui ſont celles qui ſont attachées aux plus longs pédicules, ſont toûjours trois fois plus grandes, & toutes fenduës juſqu'au pédicule

meſme par trois grands quartiers fort pointus, & tous taillez & retaillez par de grandes découpûres pointuës & toutes bordées ſur le dos d'un petit cordon que forme une petite pouſſiére minime : les unes & les autres ſont fermes preſque comme du vélin, toutes unies & luiſantes par deſſus, & relevées d'une belle nervûre noire.

J'ay rencontré cette Plante dans l'Iſle de la Tortuë, & dans les foreſts de l'iſle Saint Domingue.

Cette Plante a aſſez grand rapport avec celle que Plukenet appelle, *Fougére Hémionite de l'Amérique, à feuilles de Perſil, découpées tres profondement.* Almag. Botan. 155. & Phytogr. Planche 286. fig. 5.

Hémionite à feuilles d'un vert foncé & beaucoup découpées, ou bien la Fougére aux feuilles de l'Herbe à Robert. Sloane Cat. des Plantes de la Jamaïq. 15.

diculum profundiſſime dividuntur etiam acuminatas, ſed amplis laciniis etiam acutis, iterum atque iterum diſſectas, perque totum marginum circuitum poſteriorem cingulo pulvereſcente, & è bætico nigricante aut ruffeſcent præcinctas: ſingula pergameni inſtar ſunt ſolida, anterius glabra & ſplendide virentia, poſterius vero pallide virentia, nervuliſque nigerrimis & politis ſuſtentata.

Apud Inſulam vulgo La Tortuë, *& apud Inſulæ Sandominicanæ ſylvas, & nemora diſſita occurrit mihi hæc Plantæ.*

Huic eſt haud m[illegible]n impar, Filix Hemionitis A[illegible]næ, Petroſelini foliis profunde laciniatis. *Plukenet. Almag. Botan. 155. & Phytogr. Tab. 286. fig. 5.*

Hemionitis foliis atrovirent[illegible]ous, maxime diſſectis, ſeu Filix Geranii Robertiani folio. *Sloane Catal. Plant. Jamaïc. 15.*

PLANCHE CLIII.

Hémionite de different feuillage, & pointuë comme un fer de pique.

LA racine de cette Hémionite n'eſt pas plus groſſe qu'une plume à écrire, & preſque auſſi longue que le doigt ; elle eſt noiraſtre, un peu dure, & toute cheveluë par quantité de petites fibres noires : elle pouſſe pluſieurs feuilles de diverſe grandeur, & de figure différente, les unes ayant environ huit pouces de longueur, ſur un peu plus de deux pouces de large, les autres ont tout au plus trois pouces de longueur, & environ un pouce de large : celles-cy ont la baſe arrondie, & le contour ondé ſimplement, mais lés autres ont leur baſe, & leurs coſtez entaillez & ſinueux par quelques avances larges & pointuës, outre qu'elles ont ſur le dos deux rangées de verruës poudreuſes, & larges comme des lentilles.

L'extrémité de chaque feuille paroiſt ondée & pointuë à peu prés comme le fer d'une pique : leurs pédicules ſont menus, noirs, & luiſans comme ceux de nos Capilaires ; elles ſont épaiſſes & fermes comme du gros vélin, & ont le devant tout uni & d'un

TABULA CLIII.

Hemionitis varia, & cuſpidata.

RAdix ejus fere pennam anſerinam craſſa eſt, digitum longa, nigra, duriuſcula, fibriſque nigris tota capillata: qua plura erumpunt folia varias, tum formam tum magnitudinem ſortita, partim ſcilicet octo circiter pollices longa, & duos paulo magis lata; partim vero tres tantum pollices longa, & unum pollicem fere lata: hæc ad baſim rotundantur & ſimplici undulatione leviter ſinuantur; illa vero apophyſibus quibuſdam latis & acutis, tum ad baſim tum ad latera paulo profundius excavantur, duplicemque tuberculorum pulvereſcentium lentis magnitudine ſeriem præ ſe ferunt.

Singula in mucronem deſinunt anguſtum & undoſum, pediculiſque pollent tenuibus, nigris, & ut in Adianto vulgari ſplendentibus; membranaceam obtinent ſoliditatem, anterius omnino lævi-

gantur, læte ſatureque vireſcunt, poſterius vero pulviſculo aureo ſquamuliſque etiam aureis Aſplenii noſtratis in modum penitus obducuntur.

Plantam circa loca quædam ſaxoſa, inque ſaxorum & petrarum rimis radices ſuas agentem adinveni, ſecus iter quo à ſinubus Petri ad Leoganam Inſulæ Sandominicanæ tenditur.

vert foncé, & leur dos tout induit d'une petite pouſſiére dorée & meſlée de quelques écailles de meſme couleur, à la maniére de noſtre Cétérac ordinaire.

Je trouvay cette Plante dans un lieu pierreux parmi les fentes des Rochers, en venant des Anſes à Pitre à Léogane, dans l'Iſle Saint Domingue.

TABULA CLIV.

Oſmunda, Linguæ Cervinæ foliis.

TOta è fibris [illegible]ibus longiuſculis & villoſis conflatur hujus per quam elegantis Oſmundæ radix; unde novem aut decem producuntur coſtæ penna anſeri a duplo craſſiores, tres pedes circiter altæ, unitæ, bæticæ, poſterius rotundæ, anterius vero in longum canaliculatæ.

Singula à tertia altitudinis parte ad ſummitatem uſque foliis mox oppoſitis, interdum alternis inſtruuntur Linguæ Cervinæ vulgaris foliis multum affinibus, niſi quod verſus baſis infimam regionem multum deprimantur, ad ſupremam vero ſatis rotunde dilatentur: ſubſtantiâ etiam paulo ſolidiori pollent, læte deſuper vireſcunt, & uniuntur, poſterius vero ſulculis innumeris à medio nervo ad limbum quemdam interiorem, per totum circuitum decurrentem oblique deductis tantiſper aſperantur.

Omni ſemine prorſus deſtituuntur hæc folia at inter coſtas folioſas ſingularis elevatur coſta paulo cæteris altior craſſiorque, quæ à medio fere ad ſummitatem uſque ramuſculis brachiatur racemulos è caſtaneo nigricantes ſplendentes proferentibus.

Loca amat humida aut rivulos hæc Planta, quam juxta rivulum Montis vulgo Le Morne Rouge, *in regione Arcis D. Petri apud Martinicam ſatis copioſe adinveni.*

PLANCHE CLIV.

Oſmonde, à feuilles de Langue de Cerf.

LA racine de cette belle Oſmonde eſt compoſée d'une groſſe touffe de fibres veluës, noiraſtres & longues; elle pouſſe neuf à dix coſtes, une fois plus groſſes qu'une plume à écrire, hautes d'environ trois pieds, liſſes, tannées, ſillonnées ſur le devant, & arrondies par derriére.

Chaque coſte eſt garnie depuis le tiers de ſa hauteur de feuilles, tantoſt alternes, tantoſt oppoſées, & toutes preſque ſemblables aux feuilles de nos Langues de Cerf ordinaires, excepté que la partie inférieure de leur baſe eſt fort étroite, & la ſupérieure aſſez large, & arrondie: elles ſont meſme beaucoup plus fermes, ayant le deſſus fort uni, & d'un vert gay, mais tout le deſſous ſillonné par pluſieurs rayes traverſiéres, qui vont aboutir à une ligne, qui parcourt tout le contour intérieur de la feuille.

Ces feuilles ne produiſent jamais de ſémence, qui vient toûjours par pluſieurs grapes ſur les rameaux d'une tige particuliére, un peu plus groſſe, & un peu plus longue que celles qui portent les feuilles.

Cette Plante croiſt particuliérement le long des ruiſſeaux, ou bien dans les foreſts humides: j'en trouvé en aſſez bonne quantité le long d'un petit ruiſſeau, d'un endroit qu'on appelle le Morne Rouge, vers le quartier du Fort Saint Pierre à la Martinique.

PLANCHE CLV.

Oſmonde à large dentelûre.

